approchent de ceux du *Singe* ; il n'a cependant que 4 doigts à chaque pied, & point de pouce. Tout ſon corps, exceptez ſes pieds, eſt couvert de piquans de 3 ou 4 pouces de longueur, jaunes depuis leur origine juſqu'à la moitié de leur longueur, l'autre moitié noire ou d'un brun roux, terminée par une pointe blanche & très aiguë. Les piquans qui couvrent la tête & les jambes, ſont moins longs. Il a autour des narines des poils longs de 3 ou 4 pouces, qui lui font une barbe ſemblable à celle des *Chats*. Sa queue n'a des piquans que depuis ſon origine juſqu'à la moitié de ſa longueur; l'autre moitié n'eſt couverte que de quelques poils ſemblables aux ſoyes de *Cochon*, & très clair-ſemés. On le trouve en *Amérique*.

ferè ſimiles, ſed 4 tantummodò digitis conſtantes ; nam pollice caret. Totum corpus, pedibus exceptis, munitum eſt aculeis 3 aut 4 pollicum longis, ab inſitione in cutem ad dimidiam ferè longitudinem flaveſcentibus, alterâ medietate nigrâ, aut ex ruffo fuſcâ, cuſpide albo & peracuto. Aculei, quibus caput & crura cooperiuntur, minore longitudine donantur. Pilos habet circum nares 3 aut 4 pollicum longos, qui barbam *felinam* ipſi faciunt. Cauda, ab exortu ſuo ad medietatem tantùm, aculeis munitur, alterâ medietate raris ſetis, *Porcorum* inſtar, obſitâ. Habitat in *Americâ*.

### 5. Le Grand Porc-Epic d'Amerique.

Hyſtrix caudâ longiſſimâ, tenui, medietate extrema aculeorum experte... HYSTRIX AMERICANUS MAJOR.

Hyſtrix longiùs caudatus, brevioribus aculeis. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 153.
Hyſtrix. *Bont. Ind. Ori. Fig. p.* 54. (*Fig. bona*).
Cuandu major. *Piſon. Hiſt. Nat. p.* 324. *Fig. p.* 325. (*Fig. bona*).
*Les Portugais l'appellent* ORICO CACHERO, & ESPINHO. *Piſon.*

Il ne différe du précédent, que parce qu'il eſt plus grand. On le trouve auſſi en *Amérique*.

Magnitudine tantùm, quâ eum antecellit, à præcedente differt. Habitat etiam in *Americâ*.

## 6. Le Porc-Epic des Indes Orientales.

Hyſtrix caudâ longiſſimâ, aculeis undique obſitâ, in extremo panniculatâ... Hystrix Orientalis.

Hyſtrix pedibus pentadactylis, caudâ exſertâ. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 17. ſp. 3.*

Porcus aculeatus ſylveſtris, ſive Hyſtrix Orientalis ſingularis. *Seb. Vol. I. p. 84. Fig. T. 52. F. 1. (Fig. optima).*

Acanthion caudâ prælongâ acutis pilis horridâ, in exitu quaſi panniculatâ. *Klein. Quadr. p. 67.*

Corpus habet craſſum & breve; caput craſſum; labium ſuperius, ut in *Lepore*, fiſſum; oculos magnos ſplendentes; auriculas parvas, rotundas, intùs omninò nudas; barbam pilis longis & acutiſſimis conflatam. In ſingulis pedibus 5 digitis, unguibus craſſis & acuminatis munitis, donatur. Pedes poſteriores anterioribus ſunt longiores, & *Urſinis* ſimiles. Totum corpus, ad extremos uſque pedes, tenuiſſimis & acutiſſimis munitum eſt aculeis, quorum, qui ſupinam corporis partem veſtiunt, varios reflectunt colores, pro vario, quo lucis radii incidunt, modo. Caudam habet longiſſimam, undique obſitam aculeis, quorum, qui extremitatem caudæ cooperiunt, maximè ſingulares ſunt; ex nodis enim veluti articulatis conflati videntur. Horum aculeorum ſinguli non unius ſunt

Il a le corps gros & court; la tête groſſe; la lévre ſupérieure fendue, comme celle d'un *Liévre*; les yeux grands & brillants; les oreilles petites, rondes, & nues intérieurement; une mouſtache compoſée de poils longs & très pointus. Il a à chaque pied 5 doigts, armés d'ongles gros & aigus. Ses pieds de derriere ſont plus longs que ceux de devant, & reſſemblent à ceux de l'*Ours*. Tout ſon corps eſt hériſſé, juſqu'au bout des pieds, de piquans très déliés & très aigus: ceux du deſſous du corps paroiſſent de couleur différente, ſelon qu'ils reçoivent les rayons de lumiere. Sa queue eſt très longue, & couverte d'un bout à l'autre de piquans, dont ceux de l'extrémité ſont ſinguliers; car ils ſemblent compoſés de nœuds attachés bout à bout les uns des autres. Ces piquans ne ſont pas tous de la même longueur, ni de la même groſſeur; mais joints enſemble, ils forment comme une eſpece

d'épi. On le trouve dans les *Indes Orientales.*

longitudinis, nec craſſitiei; ſed omnes adunati, quaſi panniculam referunt. Habitat in *Indiâ Orientali.*

## SECTION II.

*Ceux qui n'ont ni dents canines, ni piquans ſur le corps.*

CEtte Section eſt compoſée de 6 genres différents, qui ſe diſtinguent les uns des autres par la forme de la queue. Les uns l'ont tout à fait platte & écailleuſe, comme le *Caſtor*; d'autres, ou l'ont très courte, ou n'en ont point du tout; & ceux là, ou ont les oreilles longues, comme le *Liévre*, ou ont les oreilles courtes, ou n'en ont point du tout, comme les *Lapins*; d'autres l'ont longue & couverte de poils rangés de façon qu'elle paroît platte, comme l'*Ecureuil*; d'autres l'ont de même longue & couverte de poils, mais rangés de façon qu'elle paroît ronde, comme le *Loir*; d'autres enfin l'ont nue, ou couverte de poils clair ſemés, comme le *Rat.*

*Obſ.* Les dents inciſives de tous les QUADRUPEDES de cette Section, ainſi que de ceux du Genre précédent, ſont contigues & tranchantes.

## SECTIO II.

*Ea quæ dentibus caninis carent, & corpus aculeis deſtitutum habent.*

HÆc Sectio conſtituitur 6 generibus, formâ caudæ à ſe invicem diſcrepantibus: alia enim caudâ donantur omninò planâ & ſquamosâ, ſicut *Caſtor*; alia vel caudâ breviſſimâ, vel caudâ nullâ; inter quæ alia auriculis longis, ut *Lepus*; alia auriculis brevibus, vel nullis, ut *Cuniculus*, prædita ſunt; alia caudâ longâ veſtitâ pilis ità diſpoſitis, ut caudam planam efficiant, ut *Sciurus*; alia caudâ etiam longâ & veſtitâ pilis, ſed ità diſpoſitis, ut caudam rotundam efficiant, ut *Glis*; alia denique caudâ nudâ aut raris pilis obſitâ, ut *Mus.*

*Obſ.* Omnium hujus Sectionis QUADRUPEDUM, ſicut eorum Generis præcedentis, dentes inciſores contigui ſunt & cultrati.

## XXI.

### *Genus Caſtoris.*

Hujus character eſt

Dentes inciſores in utrâque maxillâ duo:
Canini nulli:
Digiti unguiculati:
Corpus aculeis deſtitutum:
Cauda plana & ſquamoſa.

*Obſ.* In aliquibus hujus Generis QUADRUPEDIBUS cauda horizontaliter plana eſt; in aliis verò verticaliter.

## XXI.

### *Le Genre du Caſtor.*

Son caractere eſt

D'avoir deux dents inciſives à chaque mâchoire:
Point de dents canines:
Les doigts onguiculés:
Point de piquans ſur le corps:
La queue platte & écailleuſe.

*Obſ.* Parmi les QUADRUPEDES de ce Genre les uns ont la queue platte horizontalement; les autres l'ont platte verticalement.

### ** 1. LE CASTOR, OU LE BIÉVRE.

Caſtor caſtanei coloris, caudâ horizontaliter planâ... CASTOR, SIVE FIBER.

Caſtor caudâ ovatâ planâ. Fiber. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 20. ſp. 1.*
*Faun. Suec. Linn. N°. 23.*
Caſtor ſive Fiber. *Raj. Syn. Quadr. p. 209.*
*Rzac. auct. p. 406.*
Caſtor. Fiber. *Klein. Quadr. p. 91.*
Fiber; Caſtor; Canis Ponticus. *Geſn. Icon. Aquat. p. 352. Fig. p. 355.* (*Fig. bona*).
Caſtor. *Geſn. Quadr. Fig. p. 336.* (*Fig. bona*).
*Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 83.* (*Fig. mala*). *& p. 84.* (*Fig. bona*).
*Geſn. Piſc. p. 219. Fig. p. 220.* (*Fig. mala*).
*Aldro. Quadr. Dig. Viv. p. 276. Fig. p. 279.* (*Fig. bona*).
*Jonſt. Quadr. p. 102. Fig. T. 68.* [*Fig. bona*].
*Muſ. Worm. p. 320.*
*Charlet. Exer. p. 18.*
*Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 215.*
Fiber. *Bell de aquat. p. 28. Fig. p. 30.* (*Fig. bona*).
Caſtor. *Hiſt. de l'Acad. Tom. III. part. 1. p. 137. Fig. Pl. 19.* (*Fig. bonne*).
*Hiſt. de l'Acad.* 1704. *p. 48.*
*Cat. App. p. 25*
*Les Grecs l'appellent* Κάςωρ.
*Les Eſpagnols*, BEVARO. *Charlet.*
*Les Italiens*, BIVARO, *ou* BEVERO. *Geſn. Aldro.*

*Les Allemands*, Biber. *Geſn. Aldro. Rzac.*
*Les Illyriens*, *& les Polonois*, Bobr. *Geſn. Aldro. Rzac.*
*Les Suédois*, Båffwer. *Linn.*
*Les Flamands*, Bever. *Charlet.*
*Les Anglois*, Beaver. *Raj.* Bever. *Geſn. Aldro.*

Il a environ 2 ½ pieds, depuis le bout du muſeau juſqu'à l'origine de la queue : le tour de ſon corps a auſſi 2 ½ pieds. Sa queue, qui eſt plate horizontalement, a 11 pouces de long, & 3 pouces de large vers ſon milieu, & finit en ovale. Sa tête eſt ronde, & a 5 ½ pouces, depuis les narines juſqu'à l'occiput. Ses yeux ſont petits & noirâtres ; ſes oreilles rondes & très courtes, revetues de poil en dehors, & preſque nues en dedans ; ſon col court & épais ; ſes jambes très courtes. Il a à chaque pied 5 doigts ſéparés les uns des autres dans les pieds de devant, & joints enſemble par une forte membrane dans ceux de derriere. Les pieds de devant ſont plus petits que ceux de derriere, & repréſentent une main, dont les ongles ſont longs & pointus : ceux des pieds de derriere ſont larges & obtus. Tout ſon corps, excepté ſa queue, qui eſt couverte d'écailles, entre leſquelles ſortent quelques petits poils, mais très clair ſemés, eſt couvert de poils doux & épais, d'un maron plus foncé dans quelques uns, & plus

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad initium caudæ, 2 ½ pedum; ambitus corporis totidem. Cauda, quæ horizontaliter plana eſt, 11 pollices longa, 3 pollicum lata circa medium, in ovalem figuram deſinit. Caput rotundum, à naribus ad occipitium 5 ½ pollices longum. Oculi parvi, ſubnigri; auriculæ rotundæ, breves, extrorsùm piloſæ, intùs ferè nudæ; collum breve & craſſum; crura brevia. In ſingulis pedibus 5 ſunt digiti, omnes in anterioribus à ſe invicem ſeparati, in poſterioribus verò validiſſimâ membranâ inter ſe connexi. Pedes anteriores poſterioribus minores, manum quodammodo referunt. Ungues pedum anteriorum longi ſunt & acuti, poſteriorum verò lati & obtuſi. Totum corpus, exceptâ caudâ, quæ ſquamis undique tegitur, pilis quibuſdam rariſſimis intermixtis, veſtitur pilis denſiſſimis & molliſſimis, in aliquibus saturatioris, in aliis dilutioris caſ-

tanei coloris (*a*). Habitat in *Occitaniâ*, & in Regionibus *Europæ* & *Americæ Septentrionalibus*.

clair dans d'autres (*a*). On le trouve en *Languedoc*, & dans la partie *Septentrionale* de l'*Europe* & de l'*Amérique*.

## ** 2. LE CASTOR BLANC.

Caſtor albus, caudâ horizontaliter planâ... CASTOR ALBUS.

A præcedente differt colore, qui albus eſt, cum magnâ maculâ cintereâ, ex ruffo paululùm mixtâ, in parte ſuperiore colli, & maculâ ſimili, ſed minori, verſus clunes. Pili quoque circà caudæ originem ex flavo ruffeſcunt. Habitat in *Norvegia* & *Canadâ*. Ex Muſœo *Realmuriano*.

Il différe du précédent par ſa couleur. Il eſt blanc, avec une grande tache griſe, mêlée d'un peu de roux, ſur la partie ſupérieure du col, & une pareille, mais plus petite, vers le derriere. Il a auſſi pluſieurs poils d'un jaune roux autour de l'origine de la queue. On le trouve en *Norvége* & en *Canada*, d'où il a été apporté à M. de *Reaumur*.

## ** 3. LE RAT MUSQUÉ.

Caſtor caudâ verticaliter planâ, digitis omnibus membranis inter ſe connexis... MUS MOSCHIFERUS.

Caſtor caudâ longâ, lanceolatâ, planâ. *Linn. ſyſt. nat. ed.* 6. *g.* 20. *ſp.* 2. *Faun. Suec. Linn.* N°. 24.
Glis moſchiferus. *Klein. Quadr. p.* 57.
Mus Aquaticus Exoticus Cluſii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 217.
Mus Aquatilis Cluſii. *Aldro. Quadr. Dig. Viv. Fig. p.* 448. (*Fig. ſat bona*).
Mus Aquaticus Cluſii. *Muſ. Worm. p.* 334.
Mus Aquaticus. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 73. (*Fig. ſat bona*).
*Cluſ. Exot. Fig. p.* 375. (*Fig. ſat bona*).
Sorex Moſcoviticus, ſive odoriferus. *Charlet. Exer. p.* 25.
Animal ex Moſcoviâ. *Gaz. Rup. Beſt. Fig. T.* 15.) *Fig. bona*).
*Les Anglois l'appellent* MUSCOVY, *ou* MUSK-RAT. *Raj.*
*Les Suédois*, DESMAN. *Linn.*

(*a*) Quidam ſunt omninò nigri in *Septentrionalibus* regionibus: & eò ſaturatior eſt color quò frigidior eſt regio quâ inhabitant.

(*a*) Il y en a de tout à fait noirs dans les pays les plus *Septentrionaux*: & en general plus le pays qu'ils habitent eſt froid, plus leur couleur eſt foncée.

Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à l'origine de la queue, 9 pouces: le tour de ſon corps eſt de 7 pouces. Sa tête eſt petite à proportion du corps: la partie ſuperieure de ſon muſeau eſt allongée, comme celle de la *Taupe*; l'ouverture de ſa bouche petite; ſes yeux très petits, & à peine viſibles. Sa queue, qui eſt platte verticalement, a 6 ½ pouces de long, & 8 lignes de large, & ſe termine en pointe obtuſe: elle eſt couverte de très petites écailles, entre leſquelles pouſſent quelques poils. Ses jambes ſont courtes. Il a à chaque pied 5 doigts, tous joints enſemble par de fortes membranes, armés d'ongles longs & forts: les pieds de derriere ſont plus grands que ceux de devant. Tout ſon corps eſt couvert de poils très doux & très épais, d'un brun brillant ſur le dos, & d'un gris blanchâtre & brillant ſous le ventre. Il a une forte odeur de muſc. On le trouve en *Ruſſie*, en *Moſcovie*, & en *Laponie*.

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ originem, 9 pollicum: ambitus 7 pollicum. Caput habet, pro corporis mole, parvum; partem roſtri ſuperiorem, inſtar *Talpæ*, prominulam; oris rictum parvum; oculos valdè exiguos, & vix conſpicuos; caudam verticaliter planam, 6 ½ pollices longam, 8 lineas latam, in apicem obtuſum deſinentem, ſquamis minimis, pilis quibuſdam intermixtis, tectam; crura brevia. Pedes ſinguli in 5 digitos ſunt diviſi, omnes validis membranis inter ſe connexos, longis & validis unguibus munitos: pedes poſteriores anterioribus ſunt majores. Totum corpus veſtitur pilis molliſſimis & denſiſſimis, fuſcis & ſplendentibus in dorſo, & ex albo cineraſcentibus & ſplendentibus in ventre. Moſchum maximè redolet. Habitat in *Ruſſiâ*, *Moſcoviâ* & *Laponiâ*.

## ** 4. Le Rat musqué de Canada.

Caſtor caudâ verticaliter planâ, digitis omnibus à ſe invicem ſeparatis... MUS MOSCHIFERUS CANADENSIS.

Rat muſqué. *Hiſt. de l'Acad. an.* 1725. *p.* 323. *Fig. Pl.* 11. [*Fig. aſſez bonne*].

Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à l'origine de la queue,

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium,

initium, 1 pedis; ambitus 10 circiter pollicum. Caput habet oblongum, à naribus ad occipitium 2 $\frac{1}{2}$ pollices longum; oculos magnos; auriculas breviſſimas; caudam verticaliter planam, 9 pollices longam, & 10 circiter lineas latam, in apicem obtuſum deſinentem, ſquamis minimis tectam, pilis quibusdam intermixtis; crura brevia. Pedes ſinguli in 5 digitos ſunt diviſi, omnes à ſe invicem ſeparatos, validis unguibus munitos, pollice diſtincto: pedes poſteriores anterioribus majores. Totum corpus veſtitur pilis molliſſimis & denſiſſimis, in parte corporis ſuperiore & in thorace rufis, ſed ſaturatiùs in dorſo, in gutture & ventre ex albo flavicantibus. Moſchum maximè redolet. Habitat in *Canadâ.*

## XXII.

### *Genus Leporinum.*

Hujus character eſt

Dentes inciſores in utrâque maxillâ duo:

Canini nulli:

Digiti unguiculati:

Corpus aculeis deſtitutum:

Cauda breviſſima, vel nulla:

Auriculæ longæ.

1 pied: le tour de ſon corps eſt d'environ 10 pouces. Sa tête eſt oblongue, & a, depuis les narines juſqu'à l'occiput, 2 $\frac{1}{2}$ pouces: ſes yeux ſont grands; ſes oreilles très courtes. Sa queue, qui eſt platte verticalement, a 9 pouces de long, & environ 10 lignes de large, & ſe termine en pointe obtuſe: elle eſt couverte de très petites écailles, parmi leſquelles pouſſent quelques poils: ſes jambes ſont courtes. Il a à chaque pied 5 doigts, tous ſéparés les uns des autres, armés d'ongles forts, le pouce bien diſtinct: ſes pieds de derriere ſont plus grands que ceux de devant. Tout ſon corps eſt couvert de poils très doux & très épais: toute la partie ſupérieure du corps, ainſi que la poitrine, eſt d'un roux, plus foncé ſur le dos qu'ailleurs: la gorge & le ventre ſont d'un blanc jaunâtre. Il a une forte odeur de muſc. On le trouve en *Canada.*

## XXII.

### *Le Genre du Liévre.*

Son caractere eſt

D'avoir deux dents inciſives à chaque mâchoire:

Point de dents canines:

Les doits onguiculés:

Point de picquants ſur le corps:

La queue très courte, ou point de queue:

Les oreilles longues.

## ** 1. Le Liévre.

Lepus caudatus, ex cinereo rufus... Lepus.

Lepus caudâ abrupta, pupillis atris. Lepus. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 19. ſp. 2.*
*Faun. Suec. Linn. N°. 19.*
Lepus vulgaris cinereus. *Klein. Quadr. p. 51.*
Lepus. *Raj. Syn. Quadr. p. 204.*
*Geſn. Quadr. Fig. p. 681. (Fig. bona).*
*Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 104. (Fig. bona).*
*Aldro. Quadr. Dig. Viv. p. 347.*
*Jonſt. Quadr. p. 109. Fig. T. 65. (Fig. bona).*
*Muſ. Worm. p. 321.*
*Charlet. Exer. p. 23.*
*Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 219.*
*Rzac. auct. p. 311.*
Liévre. *Kolbe. Tom. III. p. 62.*
*Les François appellent le mâle* Liévre; *la femelle*, Hase; *le jeune*, Lévraut.
*Les Hébreux l'appellent* Arnebet. *Geſn. Aldro.*
*Les Chaldéens*, Arneba. *Geſn. Aldro.*
*Les Grecs*, Λαγως.
*Les Arabes*, Ernab. *Geſn. Aldro.*
*Les Sarraſins*, Arneph. *Geſn. Aldro.*
*Les Perſes*, Kargos. *Geſn. Aldro.*
*Les Eſpagnols*, Liébre. *Geſn. Aldro.*
*Les Italiens*, Lepre, *ou* Lievora. *Geſn. Aldro.*
*Les Illyriens*, Zagicz. *Geſn. Aldro.*
*Les Allemands*, Hass, *ou* Haas. *Geſn. Aldro.* Hase. *Rzac.*
*Les Polonois*, Zaiac. *Rzac.*
*Les Suédois*, Hare. *Linn.*
*Les Anglois*, Hare. *Raj. Geſn.*

Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à la queue, environ 1 pied 9 pouces : le tour de ſon corps eſt d'environ 14 pouces. Sa tête eſt oblongue, & a depuis les narines juſqu'à l'occiput 3 ½ pouces; ſes oreilles 4 pouces; ſa queue 2 ½ pouces, & eſt noire en deſſus, & blanche en deſſous. Sa lévre ſupérieure eſt fendue :

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, circiter 1 pedis & 9 pollicum; ambitus circiter 14 pollicum. Caput habet oblongum, à naribus ad occipitium 3 ½ pollices longum; auriculas 4 pollices; caudam ſuprà nigram, infrà albicantem, 2 ½ pollicibus

longam; labium ſuperius fiſſum; oculos magnos; crura poſteriora anterioribus longiora; in pedibus anterioribus digitos 5, in poſterioribus 4, omnes validis unguibus munitos; plantam pedum villoſam. Totum corpus veſtitur pilis mollibus & denſis, ex cinereo rufis, excepto in ventre, ubi albicant. Habitat in totâ *Europâ*.

ſes yeux ſont grands; ſes jambes de derriere plus longues que celles de devant. Il a 5 doigts aux pieds de devant, & 4 à ceux de derriere, tous armés d'ongles forts; le deſſous des pieds velu. Tout ſon corps eſt couvert de poils doux & épais, variés de roux & de gris, excepté ſous le ventre, où ils ſont blancs. On le trouve dans toute l'*Europe*.

### ** 2. LE LIÉVRE BLANC.

Lepus caudatus, planè candidus... LEPUS ALBUS.

Lepus albiſſimus, toto nitens in corpore candor. *Klein. Quadr. p.* 51.
Lepus albus. *Aldro. Quadr. Dig. Viv. p.* 349.
Lepus candidus. *Jonſt. Quadr. p.* 111.

Æſtate præcedenti ſimillimus eſt; hieme verò in toto corpore candidus. Habitat in *Alpibus* & *Septentrionalibus* regionibus.

Il reſſemble au précédent pendant l'été; & l'hyver il eſt tout blanc. On le trouve dans les *Alpes*, & dans les Pays du *Nord*.

### 3. LE LIÉVRE NOIR.

Lepus caudatus, planè niger... LEPUS NIGER.

Lepus niger. *Klein. Quadr. p.* 52.
Lepus planè niger. *Muſ. Worm. p.* 321.

A *Lepore vulgari* non differt, niſi quod totus ſit niger, exceptis pedum extremitatibus, quæ ad cœruleum tendunt.

Il ne différe du *Liévre ordinaire* qu'en ce qu'il eſt tout noir, excepté l'extrémité des pieds, qui eſt bleuâtre.

## ** 4. Le Lapin de notre pays.

Lepus caudatus, obſcurè cinereus... Cuniculus nostras.

Lepus caudâ abruptâ, pupillis rubris. Cuniculus. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 19. ſp. 3.*
*Faun. Suec. Linn. N°. 20.*
Lepuſculus: Cuniculus, terram fodiens. *Klein. Quadr. p. 52.*
Cuniculus. *Raj. Syn. Quadr. p. 205.*
*Geſn. Quadr. Fig. p. 394. (Fig. bona).*
*Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 105. (Fig. bona).*
*Aldro. Quadr. Dig. Viv. p. 382. Fig. p. 385. (Fig. bona).*
*Jonſt. Quadr. p. 111. Fig. T. 65. (Fig. bona).*
*Charlet. Exer. p. 23.*
*Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 240.*
Lapin. *Kolbe. Tom. III. p. 62.*
*Les Hébreux l'appellent* Saphan. *Geſn. Aldro.*
*Les Chaldéens*, Thapsa. *Geſn.*
*Les Grecs*, Δασύπους.
*Les Arabes*, Vebar. *Geſn.*
*Les Perſes*, Besangerah. *Geſn.*
*Les Eſpagnols*, Conéio. *Geſn. Aldro.*
*Les Italiens*, Coniglio. *Geſn. Aldro.*
*Les Illyriens*, Kralik, *ou* Krolyk. *Geſn. Aldro.*
*Les Allemands*, Künigle; Künele; Künlein. *Geſn. Aldro.*
*Les Polonois*, Krolik. *Rzac.*
*Les Suédois*, Kanin. *Linn.*
*Les Flamands*, Koniin. *Charlet.*
*Les Anglois*, Rabit, *ou* Cony. *Raj. Geſn. Aldro.*
*Les François appellent le jeune* Lapreau.

Il reſſemble au *Liévre* par la forme du corps; mais il eſt plus petit. Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à la queue, 1 ½ pied: le tour de ſon corps eſt d'environ 1 pied. Sa tête a, depuis les narines juſqu'à l'occiput, 3 ½ pouces; ſes oreilles autant; ſa queue, qui eſt noire en deſſus & blanche en deſſous, 2 ½ pouces. Il a, comme le *Liévre*, la lévre ſupérieure fendue; les

Formâ corporis externâ *Leporem vulgarem* refert; ſed illo minor eſt. Ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 1 ½ pede longus eſt: ambitus corporis 1 circiter eſt pedis. Caput, à naribus ad occipitium, 3 ½ pollices longum; auriculæ totidem; cauda, quæ ſuprà nigra eſt infrà candida, 2 ½ pollices longa. Labium ſuperius habet, ut in *Lepore*,

fiſſum; oculos magnos; crura poſteriora anterioribus longiora; in pedibus anterioribus digitos 5, in poſterioribus 4; plantas pedum villoſas. Per univerſum corpus veſtitur pilis mollibus & denſis, ex cinereo fuſcis, excepto ventre, in quo albicant. Habitat in totâ *Europâ.*

yeux grands; les jambes de derriere plus longues que celles de devant; 5 doigts aux pieds de devant, & 4 à ceux de derriere; le deſſous du pied velu. Tout ſon corps eſt couvert de poils doux & épais, variés de brun & de gris, excepté ſous le ventre, où ils ſont blancs. On le trouve en toute l'*Europe.*

## ** 5. Le Riche.

Lepus caudatus, dilutè cinereus.

Colore à præcedente differt: pilis dilutè cinereis per univerſum corpus veſtitur. Ex muſeo *Realmuriano.*

Il différe du précédent par ſa couleur: tout ſon corps eſt couvert de poils d'un très joli petit-gris. Il eſt dans le Cabinet de M. *de Reaumur.*

## ** 6. Le Lapin d'Angora.

Lepus caudatus, pilis tenuiſſimis & longiſſimis toto corpore veſtitus... Cuniculus Angorensis.

Pilis tenuiſſimis & longiſſimis ab aliis hujus generis ſpeciebus diſtinguitur. Habitat in *Angora.* Ex muſeo *Realmuriano.*

Il différe des autres eſpeces de ſon genre par la longueur & la fineſſe de ſes poils. On le trouve à *Angora*, d'où il a été apporté à M. *de Reaumur.*

## 7. Le Liévre du Brésil.

Lepus ecaudatus... Lepus Brasilianus.

Lepus caudâ nullâ. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 19. ſp. 1.*
Cuniculus Braſilienſis Tapeti dictus. *Raj. Syn. Quadr. p. 205.*
Tapeti Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. p. 223. Fig. p. 224. (Fig. bona, ſi caudam non haberet).*
Tapeti. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p. 102. [Fig. eadem ut ſuprà].*
Cavia Cobaya, Cuniculi Braſilienſis ſpecies. *Jonſt. Quadr. Fig. T. 63. (Fig. eadem).*

Il reſſemble à *notre Liévre* par la forme du corps : il eſt de la même couleur ; cependant un peu plus brun. Il a un peu de roux ſur le front ; & la gorge, la poitrine, & le ventre ſont blancs. Quelques uns ont un cercle blanc autour du col. Il n'a point de queue. On le trouve au *Bréſil*.

Quoad formam corporis externam *Lepori vulgari* ſimilis eſt : iiſdem ac ille pilis & colore, ſed paulò fuſciore. In fronte rufeſcit paululùm ; ſub gutture, pectore, & ventre albicat. Quidam circulum album habent circà collum. Caret caudâ. Habitat in *Braſiliâ*.

## XXIII.

### *Le Genre du Lapin.*

Son caractere eſt
D'avoir deux dents inciſives à chaque mâchoire :
Point de dents canines :
Les doigts onguiculés :
Point de picquants ſur le corps :
La queue très courte, ou point de queue :
Les oreilles courtes, ou point d'oreilles.

## XXIII.

### *Genus Cuniculi.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utrâque maxillâ duo :
Canini nulli :
Digiti unguiculati :
Corpus aculeis diſtitutum :
Cauda breviſſima, vel nulla :
Auriculæ breves, vel nullæ.

### 1. Le Lapin de Java.

Cuniculus caudatus, auritus, rufeſcens, fuſco admixto. Cuniculus Javensis.

Cavia Javenſis. *Klein. Quadr. p.* 50.
Liévre de Java. *Cat. App. Fig. p.* 18. [*Fig. bonne*].

Il eſt de la groſſeur d'un *Liévre*. Il a la tête petite à proportion du corps ; les yeux grands & ſortants ; les oreilles ſemblables à celles d'un *Rat* ; toute la partie poſtérieure du corps groſſe & épaiſſe ; les jambes longues. Tout ſon corps eſt couvert d'un

*Leporis* magnitudinem attingit. Caput habet pro mole corporis parvum ; oculos magnos & prominentes ; auriculas auriculis *Murinis* ſimiles ; poſteriorem corporis partem craſſam ; crura longa. Per univerſum corpus

veſtitur pilis rufeſcentibus, paululùm fuſco admixto. In pedibus anterioribus 4 digitis, exteriore breviſſimo, in poſterioribus verò tribus tantùm donatur. Habitat in *Javâ* & *Sumatrâ*.

poil rouſsâtre, mêlé d'un peu de brun. Il a aux pieds de devant 4 doigts, dont l'extérieur eſt fort court, & 3 à ceux de derriere. On le trouve à *Java* & à *Sumatra*.

### ** 2. L'AGOUTY.

Cuniculus caudatus, auritus, pilis ex rufo & fuſco mixtis, rigidis veſtitus.

Cuniculus omnium vulgatiſſimus, Aguti vulgò. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 153.
Mus ſylveſtris Americanus Cuniculi magnitudine, Porcelli pilis & voce. *Raj. Syn. Quadr. p.* 226.
Cavia Aguti, vel Acuti Braſilienſibus. *Klein. Quadr. p.* 50.
Aguti, vel Acuti Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 224. [*Fig. bona*].
Aguti, vel Acuti, Cuniculi Braſilienſis ſpecies. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 63. [*Fig. bona*].
Acuti, ſive Agouti. *Jo. de Laet. p.* 551.
Aguti. *Piſon. Hiſt. nat. Fig. p.* 102. (*Fig. bona*).
*Les Braſiliens l'appellent vulgairement* COTIA. *Marcgr. Piſon.*
*Les Habitans de la Guiane*, AGOUTY. *Barr.*

Magnitudine & formâ *Cuniculum noſtratem* æmulatur; auriculas tamen habet breves & rotundas; os acutum; maxillam inferiorem ſuperiore breviorem; labium ſuperius fiſſum; oculos nigros; caudam breviſſimam, & ferè glabram; crura anteriora poſterioribus paulò breviora. In pedibus anterioribus 4 habet digitos, in poſterioribus 3 tantùm, acutis unguibus munitos. Per univerſum corpus veſtitur pilis rigidis, ſplendentibus, ex rufo & fuſco mixtis, cum pauxillo

Il eſt de la grandeur & de la forme de *notre Lapin*; mais il a les oreilles rondes & courtes; le muſeau pointu; la mâchoire inférieure plus courte que la ſupérieure; la lévre ſupérieure fendue; les yeux noirs; la queue extrémement courte, & preſque ſans poils; les jambes de devant un peu plus courtes que celles de derriere. Il a aux pieds de devant 4 doigts, & 3 à ceux de derriere, armés d'ongles aigus. Tout ſon corps eſt couvert de poils rudes au toucher, brillants, mêlés de roux & de brun avec un peu de noir

ſur le dos, & un peu plus jaunâtres ſous le ventre. On le trouve dans la *Guiane* & au *Bréſil.*

nigro in dorſo; in ventre autem magis flaveſcentibus. Habitat in *Guianiâ* & *Braſiliâ.*

### 3. Le Lapin d'Amerique.

Cuniculus caudatus, auritus, pilis rufis rigidis veſtitus... Cuniculus Americanus.

Cuniculus Americanus. *Seb. Vol. I. p.* 67. *Fig. T.* 41. *F.* 2. (*Fig. bona*).
Cavia Surinamenſis. *Klein. Quadr. p.* 50.

Il eſt un peu plus petit que *notre Lapin.* Il a les oreilles courtes & rondes; la tête groſſe; le col long; & la queue très courte. Ses pieds ſont fendus en 4 doigts, armés d'ongles pointus & recourbés. Tout ſon corps eſt couvert de poils roux, rudes, & picquants comme des *ſoyes*, ſurtout ceux du dos. On le trouve en *Amerique.*

*Noſtrate Cuniculo* paulò minor eſt. Auriculas habet breves & rotundas; caput craſſum; collum longum; caudam breviſſimam. Pedes in 4 fiſſi ſunt digitos, acutis & incurvis unguibus munitos. Totum corpus tegitur pilis rufis, rigidis, *ſetarum* inſtar, pungentibus, præcipuè per dorſum. Habitat in *Americâ.*

### ** 4. Le Pak.

Cuniculus caudatus, auritus, pilis obſcurè fulvis, rigidis, lineis ex albo flaveſcentibus ad latera diſtinctis... Paca.

Cuniculus major paluſtris, faſciis albis notatus. *Barr. Hiſt Fr. eq. p.* 152.
Mus Braſilienſis magnus Porcelli pilis & voce, *Paca* dictus, Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 226.
Cavia Paca Marcgravii. *Klein. Quadr. p.* 50.
Paca Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 224. (*Fig. bona*).
Paca Cuniculi Braſilienſis ſpecies. *Jonſt. Quadr. p.* 111. *Fig. T.* 63. [*Fig. bona*].
Paca. *Piſon. Hiſt. nat. Fig. p.* 101. (*Fig. bona*).
*Jo. de Laet. p.* 551.
*Les Habitans de la Guiane l'appellent* Ourana, *&* Pak. *Barr.*

Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à la queue, environ

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium,

initium, 1 circiter pedis eſt; caput, à naribus ad occipitium, 4 pollices longum, craſſum; maxilla inferior ſuperiore brevior. Barbam habet prolixam *Leporinam*; auriculas breves & acutas; caudam breviſſimam; crura anteriora poſterioribus paulò breviora; in ſingulis pedibus digitos 5, quorum interior pedum anteriorum minimus eſt, & ab aliis 4 remotus: poſteriorum pedum digiti 3 intermedii majores, exterior parvus, & à 3 intermediis parumper remotus, interior verò minimus, à 3 intermediis adhuc remotior. Totum corpus veſtitur pilis brevibus, rigidis, supernè obſcurè fulvis, tribus lineis longitudinalibus ex albo flaveſcentibus ad latera diſtinctis, infernè verò ex albo flaveſcentibus. Habitat in *Guianiâ* & *Braſiliâ*.

1 pied de long: ſa tête eſt groſſe, & a, depuis les narines juſqu'à l'occiput, 4 pouces: ſa mâchoire inférieure eſt plus courte que la ſupérieure. Il a une grande barbe de *Liévre*; des oreilles pointues, & tres courtes, ainſi que ſa queue; les jambes de devant un peu plus courtes que celles de derriere; 5 doigts à chaque pied, dont l'intérieur des pieds de devant eſt tres petit, & articulé plus haut que les 4 autres: les 3 doigts du milieu des pieds de derriere ſont les plus grands, l'extérieur eſt petit, & articulé un peu plus haut que les 3 du milieu, l'intérieur eſt encore plus petit, & articulé plus haut que l'extérieur. Son corps eſt couvert de poils courts, rudes au toucher, d'un fauve foncé en deſſus, avec de chaque côté 3 bandes étroites longitudinales d'un blanc jaunâtre, & en deſſous de ce même blanc jaunâtre. On le trouve dans la *Guiane* & au *Bréſil*.

### 5. LE LAPIN DE NORVEGE.

Cuniculus caudatus, auritus, ex flavo, rufo & nigro variegatus... CUNICULUS NORVEGICUS.

Mus caudâ abruptâ, corpore fulvo nigroque vario. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 21. ſp. 2.*
*Faun. Suec. Linn. N°. 26.*

Mus Lemingus, Norvagicus, Olai magni, Wormii Muſei. *Klein. Quadr. p. 58.*

Mus Norvagicus, vulgò *Leming*, Wormii Muſei. *Raj. Syn. Quadr. p. 227.*

T

*Muſ. Worm. p. 322. Fig. p. 325. [Fig. optimâ].*
Mus Norvegicus. *Charlet. Exer. p. 25.*
Leem. *Aldro. Quadr. Dig. Viv. p. 436.*
*Jonſt. Quadr. p. 116.*
*Les Suédois l'appellent* Fiållmus; Sabelmus. *Linn.*
*Les Lapons*, Lummick. *Linn.*

Il reſſemble à un *Rat* par la forme du corps; mais il en différe en ce qu'il a la queue extrémement courte, & couverte de poils. Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à la queue, environ 5 pouces de long. Son muſeau eſt pointu; ſes yeux ſont petits & noirs; ſes oreilles courtes, obtuſes, & un peu inclinées vers le dos. Il a autour du muſeau des poils longs & roides, qui lui font une eſpece de mouſtache. Ses jambes de devant ſont beaucoup plus courtes que celles de derriere: il a à chaque pied 5 doigts, armés d'ongles aigus & recourbés, dont le milieu eſt plus long que les autres, qui ſont d'autant plus courts qu'ils en ſont plus éloignés. La couleur de ſon poil eſt variée de noir, de jaune & de roux: la partie antérieure de ſa tête eſt noire; le ſommet eſt jaune; le col & les épaules noires; le reſte du corps eſt roux, marqué de quelques taches noires de différentes figures; le ventre eſt d'un blanc jaunâtre: l'ordre, la figure, & la grandeur des taches varient dans les différents individus. Il a en tout 16 dents, ſça-

Formâ corporis *Rattum* repræſentat; ab eo tamen differt cauda breviſſimâ & piloſâ. Longitudo corporis, ab extremitate oris ad caudæ initium, eſt 5 circiter pollicum. Os habet acuminatum; oculos parvos, nigros; auriculas breves, & obtuſas, paululùm in dorſum reclinantes. Os cingunt pili multi longi & rigidi, myſtacis inſtar. Crura anteriora poſterioribus multò ſunt breviora: pedes ſinguli 5 præditi ſunt digitis, acutis & incurvis unguibus munitis, quorum medius longiſſimus, reliquis utrinque ab hâc longitudine eò magis diſcedentibus, quò magis ſunt à medio remoti. Pilorum color ex nigro, flavo, & rufo variegatur: capitis pars anterior nigricat; vertex flaveſcit; hinc collum & ſcapulæ nigræ; corpus reliquum rufeſcit, intermixtis quibuſdam maculis nigris variarum figurarum; venter eſt albicans ad flavedinem tendens: in variis autem individuis macularum ordo figura, & magnitudo variant. 16

dentibus donatur, 4 ſcilicet inciſoribus, 2 in utrâque maxillâ, & 12 molaribus, 6 etiam in utrâque maxillâ, 3 utrinque. Habitat in *Norvegiâ* & *Laponiâ*.

voir 4 inciſives, 2 à chaque mâchoire, & 12 molaires, 6 à chaque mâchoire, 3 de chaque côté. On le trouve en *Norvege*, & en *Laponie*.

### 6. LE LAPIN D'ALLEMAGNE.

Cuniculus caudatus, auriculis nullis, cinereus... CUNICULUS GERMANICUS.

Mus caudâ brevi, capite inauri. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 21. ſp. 3.*
Mus Noricus; vel Citellus. *Raj. Syn. Quadr. p. 220.*
*Klein. Quadr. p. 56. Not. 48.*
*Geſn. Quadr. p. 835.*
*Geſn. Icon. Quadr. p. 113.*
Mus Noricus Agricolæ. *Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 235.*
*Rzac. auct. p. 327.*
Mus Citellus. *Aldro. Quadr. Dig. Viv. p. 436.*
*Les Allemands l'appellent* ZYSEL. *Geſn. Aldro.* ZIESEL. *Rzac.*
*Les Bohémiens*, SISEL. *Rzac.*
*Les Polonois*, SUSEL. *Rzac.*

Corpus habet, ut *Muſtela vulgaris*, longum & tenue. Caret auriculis; ſed non caret foraminibus, quibus ſonum recipit. Caudâ breviſſimâ donatur. Color pilorum cinereus eſt. Habitat in *Bohemiâ*, *Auſtriâ*, *Hungariâ*, & *Poloniâ*.

Il a le corps long & effilé, comme la *Belette*. Il n'a point d'oreilles; mais il a, à leur place, des trous, par leſquels il entend. Sa queue eſt tres courte. La couleur de ſon poil eſt griſe. On le trouve en *Bohëme*, en *Autriche*, en *Hongrie*, & en *Pologne*.

### **7. LE LAPIN DES INDES.

Cuniculus ecaudatus, auritus, albus aut rufus, aut ex utroque variegatus... CUNICULUS INDICUS.

Cuniculus Indus. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 106.* [*Fig. ſat bona, ſi tantum numerum digitorum non haberet*].
Cuniculus Indicus. *Jonſt. Quadr. Fig. T. 63.* [*Fig. ſat bona*].
*Euſ. Nieremb. Fig. p. 160.* (*Fig. Geſneri*).

Porcellus Indicus. *Aldro. Quadr. Dig. Viv. Fig. p.* 391. [*Fig. Geſneri*]. *Jonſt. Quadr. p.* 112. *Fig. T.* 64. (*Fig. bona*). *Rzac. auct. p.* 333.

Porcellus Indicus, ſivè Guineenſis. *Charlet. Exer. p.* 24.

Mus cauda abrupta, palmis tetradactylis, plantis tridactylis. *Linn. ſyſt. nat. ed.* 6. *g.* 21. *ſp.* 1.

Mus, ſeu Cuniculus Americanus & Guineenſis, Porcelli pilis & voce, *Cavia Cobaya* Braſilienſibus dictus, Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 223.

Cavia Cobaya Braſilienſibus: quibuſdam Mus Pharaonis; Tatu piloſus, Porcellus, Mus Indicus. *Klein. Quadr. p.* 49.

Cavia Cobaya Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 224. (*Fig. ſat bona*).

Cavia Cobaya. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 102. (*Fig. ſat bona*).

*Les François l'appellent* COCHON D'INDE.

*Les Allemands*, INDIANISCH KÜNELE, *ou* INDISCH SEÜLE. *Geſn.* MEER-FERCKEL; MEER-SCHWEIN. *Rzac.*

*Les Polonois*, SWINKA ZAMORSKA. *Rzac.*

*Les Suédois*, MARSWIN. *Linn.*

*Les Anglois*, GUINY PIG. *Raj.*

Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à l'anus, $9\frac{1}{2}$ pouces; depuis les narines juſqu'à l'occiput, 2 pouces 4 lignes: le tour de ſon corps eſt de 8 pouces. Il a la lévre ſupérieure fendue, comme le *Liévre*; l'ouverture de la bouche petite; les oreilles courtes, rondes, ouvertes, tranſparantes, & preſque dénuées de poils; les jambes courtes: il ne lui paroît point de queue. Il a 4 doigts aux pieds de devant, & 3 à ceux de derriere. Ses poils ſont doux au toucher: leur couleur eſt différente dans différents individus: les uns ſont tout à fait blancs; d'autres tout à fait roux; d'autres variés de blanc & de roux; quelques uns ont des taches noires. On le trouve en *Europe* dans les maiſons, en *Guinée*, & au *Bréſil*.

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad anum uſque, $9\frac{1}{2}$ pollicum; ambitus 8 pollicum; caput, à naribus ad occipitium, 2 pollices cum 4 lineis longum. Labium ſuperius, ut in *Lepore*, fiſſum eſt; oris rictus parvus; auriculæ breves, ſubrotundæ, patulæ, pellucidæ, & glabræ ferè; crura brevia; caudæ veſtigium nullum. Pedes anteriores in 4, poſteriores verò in 3 digitos diviſi. Pili ad tactum molles: color in individuis variis varius: alia omninò alba ſunt; alia omninò rufa; alia ex albo & rufo variegata; quædam ex nigro maculata. Habitat in *Europâ* domeſticus, in *Guineâ*, & *Braſiliâ*.

### 8. Le Lapin du Brésil.

Cuniculus ecaudatus, auritus, ex cinereo rufus... Cuniculus Brasiliensis.

Cuniculus Braſilienſis, *Aperea* dictus, Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 206.
Cuniculus Indicus. *Aldro. Quadr. Dig. Viv. Fig. p.* 393. (*Fig. bona*).
Cavia Aperea. *Klein. Quadr. p.* 50.
Aperea, Cuniculi ſpecies. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 63. [*Fig. bona*].
Aperea Braſilienſibus. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 223. (*Fig. bona*).
Aperea. *Piſon. Hiſt. Nat. Fig. p.* 103. (*Fig. bona*).
*Les Flamands l'appellent* Veldratte, *ou* Boschratte. *Marcgr.*

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad anum uſque, 1 eſt circiter pedis: diameter 7 digitorum. Barbam habet *Leporinam*; labium ſuperius fiſſum; auriculas breves & ſubrotundas. Caret caudâ. Crura anteriora 3 circiter digitos longa ſunt; poſteriora paulò longiora. 4 habet in pedibus anticis digitos unguibus parvis munitos, in poſterioribus 3, quorum medius reliquis longior. Color totius corporis, excepto ventre, in quo albicat, *Leporinus*. Habitat in *Braſiliâ*.

Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à l'anus, environ 1 pied: le diametre de ſon corps eſt de 7 doigts. Il a, comme le *Liévre*, une mouſtache, & la lévre ſupérieure fendue. Ses oreilles ſont courtes & rondes. Il n'a point de queue. Ses jambes de devant ont environ 3 doigts de long, & celles de derriere un peu plus. Il a 4 doigts aux pieds de devant, armés de petits ongles, & 3 à ceux de derriere, dont le milieu eſt le plus long. La couleur de ſes poils, exceptez ceux du ventre, qui ſont blancs, eſt la même que celle de nos *Liévres ordinaires*. On le trouve au *Bréſil*.

## XXIV.

### *Genus Sciuri.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utrâque maxillâ duo:

## XXIV.

### *Le Genre de l'Ecureuil.*

Son caractere eſt
D'avoir deux dents inciſives à chaque mâchoire:

Point de dents canines :
Les doigts onguiculés :
Point de picquants ſur le corps :
La queue longue, & couverte de poils rangés de façon qu'elle paroît platte.

Canini nulli :
Digiti unguiculati :
Corpus aculeis deſtitutum :
Cauda longa, veſtita pilis ità diſpoſitis ut caudam planam efficiant.

## ** 1. L'ECUREUIL.

Sciurus rufus, quandoque griſeo admixto... SCIURUS VULGARIS.

Sciurus palmis ſolis ſaliens. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 18. ſp. 1. Faun. Suec. Linn. No. 21.*
Sciurus vulgaris. *Raj. Syn. Quadr. p. 214.*
Sciurus vulgaris rubicundus. *Klein. Quadr. p. 53.*
Sciurus. *Geſn. Quadr. p. 955. Fig. p. 956. (Fig. bona).*
*Geſn. Icon. Quadr. Fig. p. 110. (Fig. bona).*
*Aldro. Quadr. Dig. Viv. p. 396. Fig. p. 398. [Fig. ſat bona].*
*Jonſt. Quadr. p. 113. Fig. T. 66. (Fig. bona).*
*Charlet. Exer. p. 24.*
*Rzac. Hiſt. Nat. Pol. p. 224.*
*Rzac. auct. p. 320.*
Pirolus, Spirioſus, Scurulus quorumdam. *Klein.*
*Les Grecs l'appellent* Σκίουρος.
*Les Eſpagnols*, HARDA, *ou* ESQUILO. *Geſn. Aldro.*
*Les Italiens* SCHIRIVOLO. *Geſn.* SCHIRATO, *ou* SCHIRATOLO. *Aldro.*
*Les Allemands*, EYCHORN, *ou* EYCHHORN, *ou* EICHHERMLIN. *Geſn. Aldro. Rzac.*
*Les Illyriens*, WEWERKA. *Geſn. Aldro.*
*Les Polonois*, WYEWYORKA. *Geſn. Aldro. Rzac.*
*Les Suedois*, IKORN. *Linn.*
*Les Anglois*, SQUYRRELL. *Geſn. Aldro.*

Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à la queue, 7 ½ pouces : ſa tête, depuis les narines juſqu'à l'occiput, eſt longue de 2 pouces ; ſa queue de 8 pouces. Ses oreilles ſont courtes & couvertes de poils très longs. Il a 4 doigts aux pieds de devant, & 5 à ceux de derriere, tous armés

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudam uſque, 7 ½ pollicum ; capitis, à naribus ad occipitium, 2 pollicum ; caudæ 8 pollicum. Auriculæ breves ſunt & pilis longiſſimis ornatæ. 4 ſunt in pedibus anterioribus digiti, in poſterioribus verò 5, om-

nes longis, incurvis, & acutis unguibus muniti: loco pollicis, quo caret pes anterior, unguis eſt breviſſimus & obtuſus. Univerſum corpus, exceptis gutture & ventre albicantibus, veſtitur pilis omninò rufis, vel cum pauco griſeo admixto. Caudam habet pilis longiſſimis ornatam, quâ ſuprà dorſum reflexâ, ſe tegit & inumbrat. Habitat in *Europâ*.

d'ongles longs, recourbés, & aigus: à la place du pouce, qui manque aux pieds de devant, eſt un ongle très court & obtus. Tout ſon corps eſt couvert de poils roux, ou d'un roux mêlé de gris, exceptez la gorge & le ventre, qui ſont blancs. Sa queue eſt ornée de poils très longs; & lorſqu'il la releve par deſſus ſon dos, elle lui couvre tout le corps. On le trouve en *Europe*.

### ** 2. L'ECUREUIL BLANC DE SIBERIE.

SCIURUS ALBUS, SIBERICUS.

*Sciurum vulgarem* magnitudine circiter æquat: ab eo autem differt colore, qui per univerſum corpus albus eſt. Habitat in *Siberia*. Ex muſeo *Realmuriano*.

Il eſt à peu près de la grandeur de l'*Ecureuil ordinaire*: il en différe en ce qu'il eſt tout blanc. On le trouve en *Siberie*, d'où il a été envoyé à M. *de Reaumur*.

### 3. L'ECUREUIL NOIR.

SCIURUS NIGER.

Sciurus niger. *Klein. Quadr. p.* 53.
Quauhtechallotl. *Fern. Hiſt. N. Hiſp. p.* 8.
Quauhtechallotl Thliltic. Sciurus Mexicanus. *Hernand. Hiſt. Mex. Fig. p.* 582. (*Fig. ſat bona*).
Quauhtechallotl Thliltic, ſivè Tlilocoteqvillin dictus. *Jonſt. Quadr. p.* 113.
Ecureuil noir. *Cat. Tom. II. Fig. p.* 73. [*Fig. très bonne*].

Præcedentes magnitudine ſuperat: ab eis etiam colore differt: multi ſunt omninò nigri; alii vel naſo, vel pedibus, vel caudæ apice, vel

Il eſt plus grand que les précédents: il en différe encore par ſa couleur: pluſieurs ſont tout noirs; quelques uns ont le nez blanc; d'autres les pieds; d'au-

tres le bout de la queue; d'autres ont un collier blanc. On le trouve au *Mexique*.

denique torque albis donantur. Habitat in *Mexico*.

## 4. L'Ecureuil varié.

Sciurus ex candido cinereus... Sciurus varius.

Sciurus varius, *Varus* vulgò dictus. *Aldro. Quadr. Dig. Viv. p.* 403. *Fig. p.* 405. (*Fig. ſat bona*).
Sciurus Scythicus. *Geſn. Icon. Quadr. p.* 111.
Sciurus, ſive Mus Ponticus. *Charlet. Exer. p.* 24.
Mus Ponticus, ſeu Venetus, vulgò *Varius*. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 839. (*Fig. bona*).
*Rzac. Auct. p.* 318.
Mus Ponticus, *Varius* dictus. *Jonſt. Quadr. p.* 113.
Mus Laſſicus Mathioli. *Aldro. Jonſt.*
*Les Italiens l'appellent* Vare. *Geſn.*
*Les Allemands*, Fech, *ou* Vech. *Geſn. Aldro.* Grau-Werck. *Rzac.*
*Les Polonois*, Popieliza. *Aldro. Jonſt. Rzac.*

Il reſſemble à l'*Ecureuil ordinaire* par ſa grandeur & ſa figure; mais il en différe par ſa couleur, qui eſt variée de blanc & de gris, & par les poils de ſa queue, qui ne ſont pas ſi longs. On le trouve en *Europe*.

Magnitudine & figurâ *Sciurum vulgarem* æmulatur; ab eo autem differt colore, qui in candido cinereus eſt, & caudâ non adeo amplâ. Habitat in *Europâ*.

## **5. L'Ecureuil d'Amerique.

Sciurus obſcurè cinereus... Sciurus Americanus.

Sciurus caudâ teretiuſculâ, auribus ſubrotundis, nudis. *Linn. ſyſt. nat. ed.* 6. *g.* 18. *ſp.* 3.
Sciurus Americanus. *Klein. Quadr. p.* 54.
*Seb. Vol. I. p.* 78. *Fig. T.* 48. *F.* 5. (*Fig. optima*).

Il eſt un peu plus petit que l'*Ecureuil ordinaire*: il en différe encore par ſa couleur, qui eſt un gris obſcur dans la partie ſupérieure du corps, & un gris blanc dans la partie inférieure; & par

*Sciuro vulgari* magnitudine cedit: ab eo etiam differt colore, qui obſcurè cinereus eſt in parte corporis ſuperiore, in inferiore verò ex cinereo albus; & pilis caudæ brevioribus,

brevioribus, & ad rufum accedentibus. Habitat in *Americâ.*

les poils de ſa queue, qui ſont plus courts, & un peu rouſsâtres. On le trouve en *Amerique.*

## ** 6. L'Ecureuil de Virginie.

Sciurus cinereus, auriculis ex albo flavicantibus.. Sciurus Virginianus.

Sciurus Virginianus cinereus major. *Raj. Syn. Quadr. p.* 215.
*Klein. Quadr. p.* 53.
Grand Ecureuil gris. *Cat. Tom. II. Fig p.* 74. [*Fig. bonne*].
*Les Anglois l'appellent* Great Grey Virginia Squirrel. *Raj.*

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 11 circiter pollicum. Corpus habet & membra corpore & membris *Sciuri vulgaris* craſſiora; caput & auriculas breviores; 4 in pedibus anterioribus digitos, in poſterioribus verò 5; auriculas intùs nudas, extùs verò pilis ex albo flavicantibus veſtitas. Partes corporis ſuperior & crurum exterior ſunt cinereæ; corporis verò inferior & crurum interior ex cinereo candidæ: diverſi illi colores ſeparantur tæniis longitudinalibus rufis, in lateribus utrinque ſitis. Cauda, quæ veſtitur pilis longiſſimis cinereis, versùs extremum ex nigro & albo variis, in dorſum reflexa, totum corpus cooperit. Habitat in *Virginiâ* & *Carolinâ.*

La longueur de ſon corps, depuis le bout du muſeau juſqu'à la queue, eſt d'environ 11 pouces. Il a le corps & les membres plus épais que nos *Ecureuils ordinaires*; la tête & les oreilles plus courtes; 4 doigts aux pieds de devant, & 5 à ceux de derriere. Ses oreilles ſont nuës intérieurement, & extérieurement couvertes de poils d'un blanc jaunâtre. La partie ſupérieure de ſon corps, & l'extérieur de ſes jambes ſont d'un joli gris; la partie inférieure du corps, & l'intérieur des jambes d'un gris blanc: une bande rouſſe s'étend de chaque côté ſelon leur longueur, & ſépare ces deux couleurs. Sa queue eſt revetue de très longs poils gris, variés de noir & de blanc vers leur extrémité; & lorſqu'elle eſt relevée vers le dos, elle couvre tout le corps. On le trouve à la *Virginie* & à la *Caroline.*

## 7. L'Ecureuil du Brésil.

Sciurus coloris ex flavo & fuſco mixti, tæniis in lateribus albis... SCIURUS BRASILIENSIS.

Sciurus Braſilienſis. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 230.

Il eſt de la grandeur & de la figure de l'*Ecureuil ordinaire*. Sa queue eſt auſſi longue que ſon corps, & lorſqu'elle eſt relevée vers le dos, elle peut le couvrir entiérement. Il a la prunelle de l'œil bleuâtre; les oreilles courtes & rondes; 4 doigts aux pieds de devant, & 5 à ceux de derriere, tous armés d'ongles longs & aigus, dont ceux du milieu ſont plus longs que les autres: à la place du pouce, qui manque aux pieds de devant, eſt un petit ongle noir. La couleur de tout ſon corps, exceptez la gorge & le ventre, qui ſont blancs, eſt mêlée de jaune pâle, & de brun: il a outre cela de chaque côté une bande étroite longitudinale blanche. Sa queue eſt revêtue de longs poils variés de noir & de blanc. On le trouve au *Bréſil*.

Longitudine & figurâ *Sciurum vulgarem* æmulatur. Caudam habet ejuſdem cum corpore longitudinis, quâ in dorſum reflexâ, corpus cooperiri poteſt; oculorum pupillam cœruleſcentem; auriculas breves & obrotundas; 4 in anterioribus pedibus digitos, in poſterioribus 5, omnes longis & acutis unguibus munitos, quorum medii reliquis longiores: loco pollicis, quo caret pes anterior, unguis eſt parvulus & niger. Color totius corporis, exceptis gutture & ventre albis, eſt ex pallidè flavo, & fuſco mixtus: in utroque latere tæniam habet longitudinalem albam. Cauda pilis longis veſtitur ex nigro & albo mixtis. Habitat in *Braſiliâ*.

## 8. L'Ecureuil de la Nouvelle Espagne.

Sciurus obſcurè cinereus, tæniis in dorſo albicantibus... SCIURUS NOVÆ HISPANIÆ.

Sciurus rariſſimus, ex Novâ Hiſpaniâ, tæniis albis. *Klein. Quadr. p.* 53. *Seb. Vol. I. p.* 76. *Fig. T.* 47. *Mas F.* 2. *Fæm. F.* 3. (*Fig. bonis*).

Longitudo corporis, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, $5\frac{1}{2}$ circiter pollicum: cauda longitudine corpus antecellit. Auricularum ambitus pilis deſtituitur. Color totius corporis, exceptis ore & inferiore corporis parte cinereis, eſt obſcurè *Murinus*. Dorſum albicantes 7 in mare, 5 tantùm in fœminâ percurrunt tæniæ longitudinales, indè & per caudam quoque, quæ longis diffuſiſque pilis tegitur, extenſæ: harum albedinem nigricantes pili intermixti variegant. Habitat in *Novâ Hiſpaniâ*.

Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à la queue, environ $5\frac{1}{2}$ pouces: ſa queue eſt plus longue que tout ſon corps. Le contour de ſes oreilles eſt denué de poils. Sa couleur, exceptez ſon muſeau & la partie inférieure de ſon corps, qui ſont d'une couleur cendrée, eſt un gris de *Souris* foncé. Le mâle a ſur le dos 7, & la femelle ſeulement 5 bandes longitudinales blanchâtres, entremêlées de poils preſque noirs: ces bandes s'étendent auſſi ſur la queue, qui eſt garnie de grands poils clair ſemés. On le trouve dans la *Nouvelle Eſpagne*.

## 9. L'Ecureuil de la Caroline.

Sciurus rufus, tæniis in dorſo nigris, tæniis ex albo flavicantibus intermixtis... Sciurus Carolinensis.

Sciurus ſtriatus. *Klein. Quadr. p.* 53.
Sciurus Lyſteri. *Raj. Syn. Quadr. p.* 216.
Ecureuil de Terre. *Cat. Tom. II. Fig. p.* 75. (*Fig. bonne*).

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 9 pollicum; capitis, à naribus ad occipitium, 2 ½ pollicum; caudæ 1 pollicis. Oculos habet parvos & extantes; auriculas latas, rotundas, & erectas; nares criſ-

La longueur de ſon corps, depuis le bout du muſeau juſqu'à l'origine de la queue, eſt de 9 pouces; celle de ſa tête, depuis les narines juſqu'à l'occiput, de 2 ½ pouces; celle de ſa queue d'un pouce. Ses yeux ſont petits & à fleur de tête; ſes oreil-

les larges, rondes & élevées; ſes narines dentelées comme la crête d'un *Coq*. Il a à chaque pied 5 doigts armés d'ongles: le pouce eſt plus court que les autres. Tout le deſſus du corps, ſçavoir le dos, les côtés, & le ſommet de la tête ſont couverts de picquants durs & pointus, variés de brun & de blanchâtre, dont les plus longs ont environ 1 ½ pouce: & la tête, ſi l'on en excepte le ſommet, la gorge, le ventre, les pieds & la queue ſont couverts de poils bruns ou blanchâtres. Il a à chaque mâchoire 2 longues dents inciſives; les ſupérieures (*Fig.* 3. *a.*) ſont éloignées l'une de l'autre, & les inférieures (*Fig.* 3. *b.*) preſque contigues: & en outre de chaque côté de la mâchoire ſupérieure ſont 4 petites dents canines ſéparées par paires, & 5 molaires, dont la premiere & la derniere ſont plus petites que les 3 du milieu; & de chaque côté de la mâchoire inférieure 3 petites dents canines contigues, & couchées obliquement en avant, & 4 molaires, dont la derniere eſt plus petite que les 3 autres: en tout 36 dents. On le trouve dans les bois.

tæ *Galli* inſtar dentatas; in ſingulis pedibus digitos 5 unguibus munitos, pollice aliis digitis breviore. Corporis pars ſuperior, dorſum ſcilicet, latera, & vertex capitis, aculeis teguntur rigentibus & acutis, ex fuſco & albido variis, majoribus 1 ½ pollicem circiter longis: caput verò, vertice excepto, gutturem, ventrem, pedes, & caudam pili aut fuſci aut albidi cooperiunt. Dentes ſunt inciſores in utrâque maxillâ duo longi, ſuperiores (*Fig.* 3. *a.*) à ſe invicem diſtantes, inferiores (*Fig.* 3. *b.*) ferè contigui: canini in maxillâ ſuperiore 4 utrinque parvi, per paria remoti; in inferiore 3 utrinque parvi, contigui, obliquè antrorsùm inclinati: molares in maxillâ ſuperiore 5 utrinque, quorum anterior & ulterior parvi ſunt, intermediis majoribus; in inferiore 4 utrinque, quorum 3 anteriores majores, & ulterior parvus: ſumma dentium 36. Habitat in ſylvis.

### 2. LE HÉRISSON DE SIBERIE.

Erinaceus auriculis planis... ERINACEUS SIBERICUS.

Erinaceus Sibericus. *Seb. Vol. I. p.* 79. *Fig. T.* 49. *Mas F.* 5. *& fœmina F.* 4. (*Fig. optimis*).

Acanthion echinatus. Echinus Sibiricus. *Klein. Quadr. p.* 66.

Si figura, quam iſtius ſpeciei *Seba* dedit, magnitudinem naturalem æquet, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, non ultrà *6* pollices longus eſt. Auriculas habet breves & planas; roſtrum breve, ſicut & caudam, quæ *6* linearum longitudinem non ſuperat; in ſingulis pedibus 5 digitos, pollice aliis breviore. Corporis pars ſuperior veſtitur aculeis craſſis, brevibus, acuminatis, ſaturatè rufis, apicibus auro quaſi obductis: venter verò tegitur pilis tenuiſſimis, laneis, dilutè cinereis, & auro quaſi obductis. Habitat in *Siberiâ.*

Si la figure, qu'en a donné *Séba*, eſt de grandeur naturelle, il ne paroît pas avoir plus de *6* pouces, du bout du muſeau juſqu'à l'origine de la queue. Il a les oreilles courtes & applaties; le muſeau court, ainſi que la queue, qui a tout au plus *6* lignes de long; à chaque pieds 5 doigts, dont le pouce eſt plus court que les autres. Toute la partie ſupérieure de ſon corps eſt couverte de picquants gros, courts, pointus, d'un roux foncé, & dont le bout paroît d'un jaune doré: ſon ventre eſt garni de poils fins, laineux, d'un cendré clair, & qui ſemblent dorés. On le trouve en *Siberie.*

## 3. Le Hérisson de Malacca.

Erinaceus auriculis pendulis... Erinaceus Malaccensis.

Acanthion aculeis longiſſimis. Hyſtrix genuina; Porcus aculeatus, Malaccenſis. *Klein. Quadr. p. 66.*

Hyſtrix pedibus pentadactylis, cauda truncata. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 17. ſp. 4.*

Porcus aculeatus, ſeu Hyſtrix Malaccenſis. *Seb. Vol. I. p. 81. Fig. T. 51. F. 1. & 2.*

Corporis longitudo, ab extremitate roſtri ad anum uſque, 8 circiter pollicum; capitis, à naribus ad occipitium, $2\frac{1}{2}$ pollicum. Oculos habet magnos & lucidos; auriculas nudas ferè, & pendulas; in ſingulis pedibus 5 digitos unguibus brevibus munitos. Corporis pars ſupe-

Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à l'anus, environ 8 pouces: ſa tête, depuis les narines juſqu'à l'occiput, eſt longue de $2\frac{1}{2}$ pouces: ſes yeux ſont grands & brillants; ſes oreilles preſque dénuées de poils, & pendantes: il a à chaque pied 5 doigts, armés d'ongles courts. Tout le deſſus de ſon corps eſt

hériſſé de picquants droits & pointus, comme des *alênes*, de différente longueur, ſçavoir depuis un pouce juſqu'à 6, variés en partie de blanc & de noir, & en partie de blanc & de rouſsâtre : les eſpaces qui ſont entre ces picquants, ſont remplis de poils déliés, longs & ſoyeux : ſa tête eſt couverte de poils courts : ceux de ſon ventre, de ſes jambes, & de ſes pieds ſont déliés, courts, picquants, épais, & roux. On le trouve à *Java*, à *Sumatra*, & ſurtout à *Malacca*.

rior rectis & *ſubularum* inſtar acuminatis horret aculeis, à pollicari ad ſeſquipedalem uſque menſuram variæ longitudinis, partìm ex albo & nigro, partìm ex albo & ſubruſo variegatis : horum interſtitia pilis replentur tenuibus, longis, & *ſetarum* æmulis : caput brevibus pilis obſitum eſt : venter, crura, & pedes pilis ruſis, brevibus, tenuibus, acuminatis, & denſis. Habitat in *Javâ*, *Sumatrâ*, & præſertim *Malaccâ*.

## 4. Le Hérisson d'Amérique.

Erinaceus auriculis nullis... Erinaceus Americanus.

Erinaceus ſubauriculatus. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 11. ſp. 2.*
Erinaceus Americanus albus. *Seb. Vol. I. p. 78. Fig. T. 49. F. 3.* [ *Fig. optima* ].
Echinus Indicus albus. *Raj. Syn. Quadr. p. 232.*
Acanthion echinatus; Erinaceus Americanus albus, Surinamenſis. *Klein. Quadr. p. 66.*

Il a, depuis le bout du muſeau juſqu'à l'origine de la queue, environ 8 pouces de long. Sa tête eſt groſſe & courte : ſon col eſt court, ainſi que ſa queue, qui eſt couverte de très peu de poils. Il ne luy paroît point d'oreilles; mais il a à leur place des trous, par leſquels il entend. Ses pieds ont chacun 5 doigts armés d'ongles longs, aigus & crochus. Toute la partie ſupérieure de ſon corps eſt couverte de

Corpus, ab extremitate roſtri ad caudæ initium, 8 circiter pollices longum eſt. Caput breve & craſſum; collum breve, ſicut & cauda, quæ raris obſita eſt pilis. Auricularum nullum apparet veſtigium; ſed loco ipſarum foramina ſunt aperta, quibus ſonum recipit. Pedes ſinguli in 5 fiſſi ſunt digitos longis, acutis, & incurvis unguibus munitos. Corporis pars ſuperior

perior aculeis tegitur brevibus, craſſis, rigidis, ex cinereo dilutè flaveſcentibus: capitis pars anterior, venter & pedes veſtiuntur pilis ſetaceis albicantibus: qui ventrem cooperiunt, longiores & molliores ſunt, quam qui *Erinacei noſtratis* ventrem obtegunt: ſuprà oculos breves ſunt pili obſcurè fuſci, ad latera verò retrorsùm longi nigricantes. Habitat in *Americâ*.

picquants courts, gros, durs, & d'un cendré tirant ſur le jaune paſle: le devant de ſa tête, ſon ventre & ſes pieds ſont couverts de poils ſoyeux & blanchâtres: ceux qui couvrent ſon ventre, ſont plus longs, & moins rudes, que ceux qui couvrent le ventre de nos *Hériſſons ordinaires*: il a au deſſus des yeux des poils courts d'un brun foncé, & aux côtés vers le derriere des poils longs & noirâtres. On le trouve en *Amérique*.

## ORDRE XIII.

### *LES QUADRUPEDES*

*Qui ont quatre dents inciſives à chaque mâchoire, & les doigts onguiculés.*

PARMI les QUADRUPEDES de cet Ordre, les uns ont tous les doigts ſeparés les uns des autres: les autres ont ceux des pieds de devant joints enſemble par une membrane étendue en aîles. Ils ſe diviſent en deux Sections: dans la premiere ſont ceux qui ont tous les doigts ſeparés les uns des autres, comme les *Singes*: dans la ſeconde ſont ceux dont les doigts des pieds de devant ſont joints enſemble par une membrane étendue en aîles, comme la *Rouſſette*.

## ORDO XIII.

### *QUADRUPEDA*

*Dentibus inciſoribus in utrâque maxillâ quatuor, & digitis unguiculatis donata.*

HUJUS Ordinis QUADRUPEDUM alia ſunt quorum digiti omnes à ſe invicem omninò ſunt ſeparati: alia quorum digiti pedum anteriorum membranâ in alas expansâ inter ſe connectuntur. In duas Sectiones dividuntur: prima continet ea quorum omnes digiti à ſe invicem ſeparati ſunt, ſicut *Simiæ*: ſecunda ea quorum digiti pedum anteriorum membranâ in alas expansâ inter ſe connectuntur, ſicut *Pteropus*.

---

## SECTION I.

*Ceux dont tous les doigts ſont ſeparés les uns des autres.*

IL n'y a dans cette Section qu'un ſeul Genre, qui eſt celui des *Singes*.

## SECTIO I.

*Ea quorum digiti omnes à ſe invicem ſeparati ſunt.*

UNICUM in hac Sectione continetur Genus, ſcilicet *Simiarum*.

## XXIX.

### *Genus Simiæ.*

Hujus character eſt
Dentes inciſores in utrâque maxillâ quatuor :
Digiti unguiculati,
Omnes à ſe invicem ſeparati :
Pollex diſtinctus.

*Obſ.* 1°. Omnes Simiarum ſpecies ciliis in utraque palpebra donantur : 2 habent in pectore mammas ; & anteriora & poſteriora crura brachiis & cruribus *hominum* ſimilia. Pedes anteriores manus *hominum* referunt, & manuum officium præſtant : poſteriores ſunt velut manus majuſculæ, & digitis, ut manus, conſtant, medio longiore ; officiumque duplex, tum manuum ſcilicet, tum pedum præſtant.

*Obſ.* 2°. Quædam nullam habent caudam ; aliæ caudatæ ſunt : ex utriſque aliæ ſunt roſtro brevi, aliæ roſtro productiore : inter caudatas, aliæ caudam breviſſimam, aliæ caudam longam habent. In 5 *Stirpes* dividuntur : prima eſt earum quæ nullam habent caudam, quæ ſunt roſtro brevi, quæque *Simiæ propriè dictæ* vocantur : ſecunda earum quæ nullam habent caudam, quæ ſunt roſtro productiore, quæque *Simiæ Cynocephalæ* dicuntur : tertia earum quæ caudam habent breviſſimam, & *Papiones* dictæ ſunt : quarta earum quæ caudam habent longam, quæ ſunt roſtro brevi, quæque *Cercopitheci ſimpliciter* dicuntur : quinta denique earum quæ cau-

## XXIX.

### *Le Genre du Singe.*

Son caractere eſt
D'avoir quatre dents inciſives à chaque mâchoire :
Les doigts onguiculés,
Tous ſeparés les uns des autres :
Le pouce bien diſtinct.

*Obſ.* 1°. Toutes les eſpeces de Singes ont des cils aux deux paupieres, deux mamelles à la poitrine, & les jambes de devant & celles de derriere ſemblables aux bras & aux jambes de *l'homme*. Leurs pieds de devant reſſemblent à la main de l'*homme* & en font l'office : ceux de derriere ſont comme de grandes mains ; leurs doigts ſont ſemblables à ceux des mains, dont le milieu eſt le plus long : ils ſervent ſelon le beſoin & de pieds & de mains.

*Obſ.* 2°. Quelques uns n'ont point de queue ; les autres en ont : parmi les uns & les autres, les uns ont le muſeau court, & les autres l'ont allongé : parmi ceux qui ont une queue, quelques uns l'ont très courte ; les autres l'ont longue. Ils ſe diviſent en 5 *Races* : la premiere eſt de ceux qui n'ont point de queue, & qui ont le muſeau court, qu'on appelle *Singes proprement dits* : la ſeconde eſt de ceux qui n'ont point de queue, & qui ont le muſeau allongé, qu'on appelle *Singes Cynocéphales* : la troiſiéme eſt de ceux qui ont une queue très courte, qu'on appelle *Babouins* : la quatriéme eſt de ceux qui ont une queue longue, & le muſeau court, qu'on appelle *ſimplement Cercopithéques* : la cinquiéme eſt de ceux qui ont une queue longue, & le mu-

ſeau allongé, qu'on appelle *Cercopithéques Cynocéphales.*

dam habent longam, & ſunt roſtro productiore, quæque *Cercopitheci Cynocephali* nominantur.

*Table Méthodique des Singes diviſez en cinq Races.*

LES Singes ou
- N'ont point de queue ; &
  - Le muſeau court... LE SINGE... *Rac. I.*
  - Le muſeau allongé... LE SINGE CYNOCÉPHALE... *Rac. II.*
- Ont une queue
  - Très courte... LE BABOUIN... *Rac. III.*
  - Longue ; &
    - Le muſeau court... LE CERCOPITHÉQUE... *Rac. IV.*
    - Le muſeau allongé... LE CERCOPITHÉQUE CYNOCÉPHALE... *Rac. V.*

*Tabula Synoptica Simiarum in quinque Stirpes diſtinctarum.*

SIMIÆ ſunt vel
- Ecaudatæ ;
  - Roſtro brevi... SIMIA... *Stirps I.*
  - Roſtro productiore... SIMIA CYNOCEPHALA... *Stirps II.*
- Caudatæ ;
  - Caudâ breviſſimâ... PAPIO... *Stirps III.*
  - Caudâ longâ ;
    - Roſtro brevi... CERCOPITHECUS... *Stirps IV.*
    - Roſtro productiore... CERCOPITHECUS CYNOCEPHALUS... *Stirps V.*

## RACE I.

*Ceux qui n'ont point de queue, & qui ont le muſeau court.*

## LE SINGE.

## STIRPS I.

*Eæ quæ ſunt ecaudatæ, roſtro brevi.*

## SIMIA.

### ** 1. LE SINGE.

Simia unguibus omnibus planis & rotundatis... SIMIA.

Simia ſimpliciter dicta, caudâ carens. *Raj. Syn. Quadr. p.* 149.
*Sloane. Vol. II. p.* 328.
Simia. *Geſn. Quadr. Fig. p.* 957. (*Fig. bona*).
*Geſn. Icon. Quadr. p.* 91. *Fig. p.* 92. (*Fig. bona*).
*Jonſt. Quadr. p.* 96. *Fig. T.* 59. *ſub iſto nomine*, Simia 1 & 2. (*Fig. ſat bona*).

*Les Hébreux appellent le Singe* KOPH. *Geſn.*
*Les Chaldéens*, KOPHIN. *Geſn.*
*Les Grecs*, Πιθηκος.
*Les Arabes*, CATAPH. *Geſn.*
*Les Eſpagnols*, XIMIO. *Geſn.*
*Les Italiens*, SIMIA. *Geſn.*
*Les Allemands*, AFF. *Geſn.*
*Les Illyriens*, OPIEZE. *Geſn.*
*Les Flamands*, SIME, *ou* SCHEMIKEL. *Geſn.*
*Les Anglois*, APE. *Geſn. Raj.*

Plurimas vidi Simiarum ſpecies, magnitudine tantummodò à ſe invicem diſcrepantes. Ipſarum facies, auriculæ, & ungues vultum, auriculas & ungues *hominum* imitantur. Univerſum corpus, exceptis clunibus nudis, veſtitur pilis ex virideſcente & flavicante variegatis : pars corporis ſuperior magis virideſcit, inferior verò magis flaveſcit. Habitant in *Africâ*.

J'ai vû pluſieurs eſpeces de Singes, qui ne differoient entre elles que par la grandeur. Leur face, leurs oreilles & leurs ongles ſont aſſez ſemblables au viſage, aux oreilles & aux ongles de l'*homme*. Le poil qui couvre tout leur corps, exceptés les feſſes qui ſont nuës, eſt mêlé de verdâtre & de jaunâtre : le verdâtre domine dans la partie ſupérieure du corps, & le jaunâtre dans la partie inférieure. On les trouve en *Afrique*.

## 2. L'HOMME DES BOIS.

Simia unguibus omnibus planis & rotundatis, cæſarie faciem cingente... HOMO SYLVESTRIS.

Simia ecaudata, ſubtùs glabra. Satyrus. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 2. ſp. 1.*
Simia Ourang outang, i. e. Homo ſylveſtris ; vir ſylvarum. *Klein. Quadr. p. 86.*
Satyrus Indicus ; *Ourang outang* Indis, & *Homo ſylveſtris* dictus. *Charles. Exer. p. 16.*
Ourang outang, ſive Homo ſylveſtris. *Bont. Ind. ori. Fig. p. 84.*
Ourang outang Indorum. *Jonſt. Quadr. p. 97.*
Baris. *Euſ. Nieremb.* p. 179.
*Les Anglois l'appellent* CHIMPANRÉE. *Klein.*

Auctores omnes, qui hujus Simiæ mentionem fece-

Tous les Auteurs, qui ont parlé de cette eſpece de Singe,

n'en ont rien dit autre choſe, ſi ce n'eſt qu'elle eſt parfaitement ſemblable à l'*homme*, & que le mâle & la femelle ont le corps couvert d'un poil court, & aſſez doux. Il paroît, par la figure qu'en a donné *Bontius*, que ſa tête eſt couverte de longs cheveux, qui croiſſent auſſi ſous le menton, & que ſa face eſt nuë. On le trouve dans les *Indes Orientales*.

runt, nihil aliud de eâ retulerunt, niſi quod ſit *homini* ſimillima, & quod utrique ſexui corpus piloſum ſit, ſed pilo brevi ac ſatis leni. Figura, quam hujus dedit *Bontius*, caput obductum longis crinibus ſub mento etiam creſcentibus, nudamque faciem demonſtrat. Habitat in *Indiâ Orientali*.

### 3. LE SINGE DE CEYLAN.

Simia unguibus Indicis pedum poſteriorum longis, incurvis, & acutis... SIMIA CEYLONICA.

Simia Ceylonica, ſuperiori labio leporino. *Klein. Quadr. p.* 86.
Cercopithecus Ceylonicus, ſeu *Tardigradus* dictus, major. *Seb. Vol. I. p.* 75. *Fig. T.* 47. *F.* 1. (*Fig. bona*).
Elegantiſſimum animal, Muſei D. Charleton. *Raj. Syn. Quadr. p.* 161.

Si la figure, que nous a donné *Séba* de cet animal, eſt de grandeur naturelle, il a environ 9 pouces de long, depuis le ſommet de la tête juſqu'à l'anus: ſes bras & ſes jambes ſont longues & menuës : ſa lévre ſupérieure eſt fenduë comme celle d'un *Liévre*: tous ſes ongles ſont plats & arrondis, exceptés ceux de l'index des pieds de derriere, qui ſont longs, recourbés, & aigus. Son poil eſt doux, ſoyeux, & d'un brun noirâtre; mais tout à fait noir ſur le dos : celui qui couvre le ventre, les bras & les pieds, eſt plus court, & d'un cendré jaunâtre. On le

Si hujus animalis figura, quam *Seba* dedit, magnitudinem naturalem adæquet, à capitis vertice ad anum uſque, 9 circiter pollices longum eſt. Brachia habet & crura longa & gracilia; labium ſuperius, ut in *Lepore*, fiſſum; ungues omnes planos & rotundatos, exceptis indicis pedum poſteriorum unguibus, qui longi ſunt, incurvi & acuti. Pilus ei mollis eſt, & quaſi ſericeus, ex nigro fuſcus; per dorſum verò planè niger : brevior tamen, & ex cinereo dilutè flavus, qui ventrem, brachia, pedeſque veſ-

tit. Habitat in *Inſulâ Ceylonenſi.*

## STIRPS II.

*Eæ quæ ſunt ecaudatæ, roſtro productiore.*

## SIMIA CYNOCEPHALA.

trouve dans l'*Iſle de Ceylan.*

## RACE II.

*Ceux qui n'ont point de queue, & qui ont le muſeau allongé.*

## LE SINGE CYNOCÉPHALE.

### ** 1. LE SINGE CYNOCÉPHALE.

Simia Cynocephala unguibus omnibus planis & rotundatis... SIMIA CYNOCEPHALA.

Simia ecaudata, clunibus tuberoſis. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 2. ſp. 3.*
Simius Cynocephalus alter. *Proſp. Alp. Ægypt. Vol. II. p.* 241. *Fig. T.* 16. [*Fig. bona*].
Cynocephalus primus. *Jonſt. Quadr. Fig. T.* 59. (*Fig. ſat bona*).

In omnibus, excepto roſtro roſtri *canini* inſtar producto, cum *Simiâ* convenit. Plures vidi Simiarum cynocephalarum ſpecies magnitudine tantùm à ſe invicem diſcrepantes. Habitant in *Africâ.*

Il ne differe du *Singe* que par ſon muſeau allongé comme celui d'un *chien*: d'ailleurs il luy reſſemble en tout. J'en ai vû pluſieurs, qui ne differoient entr'eux que par la grandeur. On les trouve en *Afrique.*

### ** 2. LE SINGE CYNOCÉPHALE DE CEYLAN.

Simia Cynocephala unguibus Indicis longis, incurvis, & acutis... SIMIA CYNOCEPHALA CEYLONICA.

Simia ecaudata, unguibus Indicis ſubulatis. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 2. ſp.* 2.
Simia roſtro canino, capite elato. *Klein. Quadr. p. 86.*
Animalculum Cynocephalum, Ceylonicum, *Tardigradum* dictum, Simii ſpecies. *Seb. Vol. I. p.* 55. *Fig. T.* 35. *Mas F.* 1. *Fæm. F.* 2. [*Fig. bonis*].

Minima eſt hæc ſpecies: ſecundùm enim figuram, quam hujus *Seba* dedit, 7

Il eſt très petit. Selon la figure qu'en a donné *Séba*, il n'a guéres plus de 7 pouces, du ſommet

de la tête à l'anus. Ses oreilles ſont rondes, larges, tranſparentes, ſans poils, & d'un cendré clair; ſes jambes longues, menuës & couvertes de peu de poils; tous ſes ongles plats & arrondis, exceptés ceux de l'index de chaque pied, qui ſont longs, recourbés & pointus. Les poils qui couvrent le corps, ſont longs, comme laineux, doux comme de la ſoye, & d'un rouſsâtre plus foncé ſur le dos, & plus clair ſur le ventre dans le mâle; & au contraire plus clair ſur le dos, & plus foncé ſur le ventre dans la femelle. On le trouve dans l'*Iſle de Ceylan*.

pollicum longitudinem; à capitis vertice ad anum uſque, non multùm ſuperat. Auriculas habet rotundas, latas, pellucidas, glabras, & dilutè cinereas; longa & gracilia crura, raris pilis obſita; ungues omnes planos & rotundatos, exceptis indicis ſingulorum pedum unguibus, qui longi ſunt, incurvi, & acuti. Per univerſum corpus veſtitur pilis longis, quaſi laneis, & ſerici inſtar molliſſimis, ſubrufis, ſaturatioribus in dorſo, in ventre dilutioribus in mare; è contrà verò dilutioribus in dorſo, & in ventre ſaturatioribus in fœminâ. Habitat in *Inſulâ Ceylonenſi*.

## RACE III.

*Ceux qui ont une queue très courte.*

## STIRPS III.

*Eæ quæ caudam habent breviſſimam.*

### LE BABOUIN.

### PAPIO.

1. Le Babouin.

Papio.

Simia ſemicaudata, ore vibriſſato, unguibus acutis. *Linn. ſyſt. nat. ed.* 6. *g.* 2. *ſp.* 5.

Cebus Papio; Baboon; Hyæna Geſneri. *Klein. Quadr. p.* 89.

Papio. *Raj. Syn. Quadr. p.* 158.

*Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 76.

*Jonſt. Quadr. p.* 100. *Fig. T.* 61. *ſub iſto nomine*, Papio primus.

Papio, ſeu Arctopithecus. *Aldro. Quadr. dig. viv. p.* 259. *Fig. p.* 260.

Babio. *Charlet. Exer. p.* 16.

Babouin. *Kolbe. Tom. III. p.* 55. *Fig. p.* 54. *F.* 2.

*Les Italiens l'appellent* Babuino. *Kolbe.*

*Les Allemands*, Pavyon. *Geſn. Aldro. Charlet.*

*Les*

*Les Suédois*, BABIAN. *Linn.*
*Les Hollandois*, BAVIAAN. *Kolbe.*
*Les Anglois*, BABOON. *Kolbe.*
*Les Hottentots*, CHOAKAMNA. *Kolbe.*

*Canis Moloſſi* magnitudinem circiter æquat. Illius inſtar, roſtrum habet longum, in exitu obtuſum. Cauda ipſius eſt admodùm brevis, eamque ſemper erectam gerit. Nates ſunt omninò glabræ, & colore ſanguineo tinctæ, tanquàm cute detractâ; crura brevia; ungues peracuti, & parumper lunati. Habitat in *Indiæ* ſolitudinibus.

Il eſt à peu-près de la grandeur d'un *Dogue*. Il a, comme luy, le muſeau allongé & obtus vers le bout. Sa queue eſt très courte : il la porte toujours élevée. Ses feſſes ſont tout à fait dénuées de poils, & de couleur de ſang, comme ſi on les avoit écorchées. Ses jambes ſont courtes; & ſes ongles très aigus, & un peu recourbés. On le trouve dans les déſerts de l'*Inde*.

## STIRPS IV.

*Eæ quæ caudam habent longam, & roſtrum breve.*

## CERCOPITHECUS.

## RACE IV.

*Ceux qui ont la queue longue, & le muſeau court.*

## LE CERCOPITHÉQUE.

### ** 1. LE SAPAJOU BRUN.

Cercopithecus fuſcus, capitis vertice nigro.

Corporis longitudo, à capitis vertice ad caudam uſque, 13 eſt pollicum; caudæ 14 ½ pollicum; ambitus corporis, circà pectus, 7 ½ pollicum. Oculos habet fuſcos; auriculas auriculis *humanis* ſimiles. Caudam gerit ſpiraliter intortam, cujus ope firmiter adhæret rei quam apprehendit. Per univerſum corpus, excepto capitis vertice

La longueur de ſon corps, depuis le ſommet de la tête juſqu'à la queue, eſt de 13 pouces; celle de ſa queue de 14 ½ pouces; le tour de ſon corps, à la poitrine, de 7 ½ pouces. Ses yeux ſont bruns : ſes oreilles reſſemblent à celles de l'*homme*. Il porte ſa queue roulée en ſpirale, au moyen de laquelle il s'attache fortement à ce qu'il peut joindre. Tout ſon corps eſt couvert

de poils bruns, plus foncés ſur le dos que ſous le ventre : le ſommet de ſa tête eſt noir : ſes jambes & ſa queue tendent à cette derniere couleur. Il eſt dans le cabinet de M. *de Reaumur*.

nigro, veſtitur pilis fuſcis in dorſo ſaturatioribus, in ventre verò dilutioribus : cauda & crura ad nigredinem tendunt. Ex muſeo *Realmuriano*.

## ** 2. Le Sapajou noir.

Cercopithecus niger, pedibus fuſcis.

Cercopithecus, *Guariba* apud Braſilienſes dictus. *Jonſt. Quadr. p. 99. Fig. T. 61. ſub iſto nomine*, Cercopithecus Meer Katz. (*Fig. bona*).
Simia caudata, barbata, cauda prehenſili. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 2. ſp. 14.*
Cebus Guariba Marcgravii. *Klein. Quadr. p. 88.*
Guariba Braſilienſibus Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p. 153.*
Guariba Braſilienſibus, Cercopitheci ſpecies. *Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p. 226.* [*Fig. bona*].

Il eſt à peu-près de la grandeur d'un *Renard*. Il a la face élevée; les yeux noirs, & pleins de feu; les oreilles courtes, & rondes; la queue longue, nuë vers ſon extrémité, & roulée en ſpirale, au moyen de laquelle il s'attache fortement à ce qu'il peut joindre. Tout ſon corps, exceptés la moitié extérieure de ſa queue & ſes pieds, qui ſont bruns, eſt couvert de poils longs, noirs, & brillants, mais ſi bien couchés les uns ſur les autres que l'animal paroît liſſe : ces poils ſont plus longs ſous la gorge & le menton, & luy font une eſpece de barbe ronde. On le trouve au *Bréſil*.

*Vulpem noſtratem* magnitudine circiter æquat. Faciem habet elatam; oculos nigros, ſplendentes; auriculas breves & ſubrotundas; caudam longam, versùs extremitatem nudam, quâ, ſpiraliter intortâ, firmiter adhæret rei quam apprehendit. Per univerſum corpus, exceptis dimidiâ caudâ exteriore & pedibus, qui fuſci ſunt, veſtitur pilis longis, nigris, ſplendentibus, atque ità ſibi incumbentibus ut animal læve appareat, ſub gutture verò & mento longioribus, inque barbam rotundam deſinentibus. Habitat in *Braſiliâ*.

### ** 3. Le Sapajou cornu.

Cercopithecus ex nigro & fuſco variegatus, faſciculis duobus pilorum capitis corniculorum æmulis.

Longitudo corporis, à capitis vertice ad caudam uſque, 14 pollicum; caudæ 15 pollicum. Oculos habet fuſcos, ſplendentes; auriculas auriculis *humanis* ſimiles; ungues longos & obtuſos. Duo ſunt in capitis vertice pilorum faſcicula, corniculorum æmula. Caudam habet pilis brevibus & ſplendentibus tectam, eamque ſemper gerit ſpiraliter intortam, cujus ope firmiter adhæret rei quam apprehendit. Facies, latera, venter, & crura anteriora pilis fuſcis; capitis verò vertex, medium dorſi, cauda, crura poſteriora, & pedes 4 pilis nigris veſtiuntur. Ex muſeo *Realmuriano.*

La longueur de ſon corps, depuis le ſommet de la tête juſqu'à la queue, eſt de 14 pouces; celle de ſa queue de 15 pouces. Ses yeux ſont bruns, & pleins de feu. Ses oreilles reſſemblent à celles de l'*homme*. Il a ſur la tête deux bouquets de poils, qui lui font comme deux eſpeces de petites cornes. Ses ongles ſont longs & obtus: ſa queue eſt couverte de poils courts & brillants: il la porte toujours roulée en ſpirale, & s'attache fortement par ſon moyen à tout ce qu'il peut joindre. Les poils qui couvrent ſa face, ſes côtés, ſon ventre, & ſes jambes de devant, ſont bruns; ceux qui couvrent le deſſus de la tête, le milieu du dos, la queue, les jambes de derriere, & les 4 pieds, ſont noirs. Il eſt dans le cabinet de M. *de Reaumur.*

### ** 4. Le Sapajou a queue de Renard.

Cercopithecus pilis nigris, apice albido, veſtitus, cauda pilis longiſſimis nigris obſita.

Longitudo corporis, à capitis vertice ad caudam uſque, *6* eſt pollicum; caudæ 10 pollicum. Ungues habet

La longueur de ſon corps, depuis le ſommet de la tête juſqu'à la queue, eſt de *6* pouces; & celle de ſa queue de 10 pou-

ces. Il a les ongles longs & obtus, exceptés ceux des pouces, qui ſont plus courts & arrondis. Les poils qui couvrent ſa face, ſont très courts & blanchâtres : ceux de ſa queue ſont très longs & noirs : tout ſon corps eſt couvert de poils longs, noirs & terminés par un bout blanchâtre : ſa gorge & ſon ventre ſont d'un blanc ſale. On le trouve dans la *Guiane*, d'où il a été envoyé à M. *de Reaumur*.

longos & obtuſos, unguibus tamen pollicum brevioribus & rotundatis. Pili breviſſimi candicantes faciem obtegunt; longiſſimi verò ſunt & omninò nigri, qui caudam cooperiunt : corpus pilis longis & nigris, in apice tantùm albidis; guttur autem & venter pilis ſordidè albis veſtiuntur. Habitat in *Guianiâ*. Ex muſeo *Realmuriano*.

## 5. LE PETIT SINGE NÉGRE.

Cercopithecus totus niger.

Cercopithecus Braſilianus ſecundus. *Cluſ. Exot. p.* 372.
Cay Braſilianis Tououpinamboutiis dictus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 153.
Caapud Touvoupinambutios. *Jonſt. Quadr. p.* 100.

Il eſt très petit, & tout noir. On le trouve au *Bréſil*.

Puſillus eſt, nigrique coloris. Habitat in *Braſiliâ*.

## 6. LE SINGE DE GUINÉE.

Cercopithecus pilis ex umbrâ, griſeo, fuſco & flavo variegatis veſtitus.

Cercopithecus Guineenſis tertius Marcgravii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 157.
Cercopithecus Guineenſis alius. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 228.
Cebus tertius Guineenſis. *Klein. Quadr. p.* 89.

Il a la tête petite, & la queue longue. La couleur de ſon poil eſt mêlée d'ombre, de gris, de brun, & de jaune, & reſſemble preſque à celle du dos de notre *Liévre*. On le trouve en *Guinée* & au *Bréſil*.

Caput huic parvum eſt, & cauda longa. Pilorum color ex umbra, griſeo, fuſco, & flavo variegatus, ferè ut in dorſo *Leporino*. Habitat in *Guineâ* & *Braſiliâ*.

## 7. Le Singe musqué.

Cercopithecus ex albido flaveſcens, moſchum redolens.

Cercopithecus moſcatus, Braſilienſibus *Caitaja* dictus *Jonſt. Quadr. p.* 100.
Cercopithecus Braſilianus primus. *Cluſ. Exot. p.* 371.
Cebus moſchum redolens, Braſilienſis: Caitaia. *Klein. Quadr. p.* 88.
Caitaja Braſilienſibus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 155.
*Marcgr. Hiſt. Br. p.* 227.

Caput habet ſubrotundum; frontem haud elatam, & penè nullam; naſum parvum, & compreſſum; caudam arcuatam. Per univerſum corpus veſtitur pilis longis, ex albido flaveſcentibus. Moſchum redolet. Habitat in *Braſiliâ*.

Il a la tête arrondie; le front très petit, & applati; le nez court, & camus; la queue courbée en arc. Tout ſon corps eſt couvert de poils longs, d'un blanc jaunâtre. Il répand une odeur de muſc. On le trouve au *Bréſil*.

## ** 8. Le Sapajou jaune.

Cercopithecus pilis ex fuſco, flaveſcente, & candicante variegatis veſtitus, pedibus ex flavo rufeſcentibus.

Cercopithecus minor luteus. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 151.
Cebus Simiolus Ceylonicus. *Klein. Quadr. p.* 88.
Simiolus Ceylonicus. *Seb. Vol. I. p.* 77. *Fig. T.* 48. *F.* 3. (*Fig. optima*).
*Les François de la Guiane l'appellent* Sapajou jaune. *Barr.*

Longitudo corporis, à capitis vertice ad caudam uſque, 7 ½ pollicum eſt; caudæ unius pedis. Auriculas habet rotundas, pilis longis, ſordidè albis, veſtitas; ungues longos & obtuſos, exceptis pollicum unguibus, qui breviores ſunt & rotundati. Pilus ei tenuiſſimus eſt & molliſſimus, in parte corporis in-

La longueur de ſon corps, depuis le ſommet de la tête juſqu'à la queue, eſt de 7 ½ pouces; & celle de ſa queue d'un pied. Il a les oreilles rondes, & couvertes de poils aſſez longs, & d'un blanc ſale: tous ſes ongles ſont longs & obtus, exceptés ceux des pouces, qui ſont plus courts & arrondis. Son poil, qui eſt très fin, & très doux au tou-

cher, eſt blanchâtre dans la partie inférieure du corps, & mêlé de brun, de jaunâtre, & de blanchâtre dans la partie ſupérieure : ces couleurs ſont plus foncées ſur le dos qu'ailleurs. Ses 4 pieds ſont d'un jaune rouſsâtre. Sa queue eſt de la même couleur que le deſſus du corps dans toute ſa longueur, excepté ſon bout, qui eſt noir. On le trouve à *Ceylan* & dans la *Guiane*.

feriore candicans, in ſuperiore verò ex fuſco, flaveſcente, & candicante variegatus : qui colores in dorſo ſunt ſaturatiores. Pedes 4 ex flavo ruſeſcunt. Cauda, exceptâ extremitate nigrâ, ejuſdem coloris eſt per totam longitudinem ac corpus ſuperius. Habitat in Inſulâ *Ceylonenſi* & *Guianiâ*.

On a envoyé de *Cayenne* à M. *de Reaumur* un Singe de cette eſpece, ſous le nom de *Singe de nuit*.

À *Cayennâ* ad *Illuſtr. Dom. de Reaumur* hujus ſpeciei Simia miſſa eſt ſub nomine *Simiæ nocturnæ*.

### ** 9. Le Singe varié.

Cercopithecus pilis ex nigro & ruſo variegatis veſtitus, pedibus nigris, caudâ cinereâ.

La longueur de ſon corps, depuis le ſommet de la tête juſqu'à la queue, eſt de 11 pouces; & celle de ſa queue eſt d'environ 15 pouces. Il a de chaque côté de la mâchoire inférieure une eſpece de bourſe aſſez grande pour contenir une groſſe noix. Ses oreilles ſont rondes; ſes ongles longs & obtus, exceptés ceux des pouces, qui ſont plus courts & arrondis. Sa face eſt noire : les poils du deſſus de la tête & du col ſont mêlés de noir & de jaune : ceux des jouës & des côtés du col, ſont aſſez longs, blancs à leur origine, en-

Corporis longitudo, à capitis vertice ad caudam uſque, 11 eſt pollicum; caudæ 15 circiter pollicum. In utroque latere maxillæ inferioris folliculum eſt craſſi nucis juglandis continendæ aptatum. Auriculas habet rotundas; ungues longos & obtuſos, exceptis pollicum unguibus brevioribus & rotundatis. Facies ei eſt nigra : pili partem ſuperiorem capitis & colli tegentes ex nigro & flavo variegati ſunt; qui verò genas & colli latera veſtiunt, ſat longi ſunt, in exortu albi, & dein-

de ex nigro & flavo variegati: qui dorſum cooperiunt ex nigro & rufo variegantur. Propè caudæ exortum, utrinque parva macula eſt alba. Crurum anteriorum pars exterior, & pedes 4 nigreſcunt: crura poſteriora ex fuſco nigricant, paululùm flavo & rufo mixtis: corporis pars inferior, & crurum interior albicant: cauda cineraſcit. Ex muſeo *Realmuriano*.

ſuite mêlés de noir & de jaune: ceux du dos ſont mêlés de noir & de roux. De chaque côté, auprès de l'origine de la queue, eſt une petite tache blanche. L'extérieur des jambes de devant, & les 4 pieds ſont noirs: les jambes de derriere ſont d'un brun noirâtre, mêlé de très peu de jaune & de roux: le deſſous du corps & l'intérieur des jambes eſt blanc; & la queue griſe. Il eſt dans le cabinet de M. *de Reaumur*.

## 10. LE TAMARIND.

Cercopithecus pilis cineraſcentibus, nigro mixtis, veſtitus; caudâ rufâ.

Cercopithecus minimus niger leontocephalus, auribus elephantinis. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 151.
Cagui major Braſilienſibus. *Raj. Syn. Quadr. p.* 154.
*Jonſt. Quadr. p.* 99. *Fig. T.* 60.
*Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 227.
*Les Congois l'appellent* PONGI. *Raj. Jonſt. Marcgr.*
*Les Guianois*, TAMARIND. *Barr.*

Faciem habet ſubrotundam; os nigrum; oculos nigros; auriculas ferè rotundas, nigras, & pilis nudas; caudam 15 circiter pollices longam, pilis rufis obſitam. Totum corpus veſtitur pilis cineraſcentibus, cum pauco nigro admixto: frons verò pilis nigris, cum cinereo mixtis. Habitat in *Guianiâ* & *Braſiliâ*.

Il a la face arrondie; le muſeau, & les yeux noirs; les oreilles preſque rondes, noires & ſans poils; la queue longue d'environ 15 pouces, & couverte de poils roux: ceux qui couvrent le corps, ſont aſſez longs, gris, & mêlés d'un peu de noir: ceux du front au contraire ſont noirs, mêlés de gris. On le trouve dans la *Guiane* & au *Bréſil*.

## ** 11. Le Petit Singe-Lion.

Cercopithecus ex albo flavicans, faciei circumferentia ſaturatè rufa.

La longueur de ſon corps, depuis le ſommet de la tête juſqu'à l'origine de la queue, eſt d'environ 7 pouces; & celle de ſa queue de 12 ½ pouces. Il a la tête ronde, couverte de longs poils, & aſſez ſemblable à celle d'un *Lion*; la face nuë, & brune; les yeux roux; les oreilles rondes, nuës, & cachées ſous les poils de la tête; tous les ongles longs, crochus, & aigus, exceptés ceux des pouces des pieds de derriere, qui ſont larges, plats & arrondis. Tout ſon corps eſt couvert de poils longs, doux comme de la ſoye, d'un blanc jaunâtre, & luiſants: ceux qui entourent ſa face, ſont d'un roux foncé, ceux de la poitrine d'un roux jaunâtre, & ceux de la queue d'un blanc jaunâtre. Les jambes de devant & les 4 pieds ſont roux, avec un peu de noirâtre mêlé aux pieds de devant. On le trouve au *Bréſil*, d'où il a été apporté en 1754 à *Madame la Marquiſe de Pompadour*, qui l'a actuellement vivant chez elle.

Corporis longitudo, à capitis vertice ad caudæ exortum uſque, 7 pollices æquat; caudæ 12 ½ pollices. Caput habet rotundum, longis pilis obſitum, capitis *Leonini* æmulum; faciem glabram & fuſcam; oculos rufos; auriculas rotundas, nudas, ſubque capitis pilis occultatas; ungues omnes longos, incurvos, & acutos, exceptis unguibus pollicum poſteriorum pedum latis, planis & rotundatis. Per univerſum corpus veſtitur pilis longis, ſericei inſtar molliſſimis, ex albo flavicantibus, & ſplendentibus: qui faciem cingunt ſunt ſaturatè rufi; qui pectus obtegunt, ex rufo flavicantes; qui verò caudam veſtiunt, ex albo flavicantes. Crura anteriora, pedeſque 4 ſunt rufi, cum pauxillo nigricante in pedibus anticis mixto. Habitat in *Braſiliâ*, unde anno 1754 ad *Dom. de Pompadour* vivus advectus eſt.

## ** 12. Le Petit Singe de Para,

Cercopithecus ex cinereo albus argenteus, facie auriculiſque rubris ſplendentibus, caudâ caſtanei coloris.

Longitudo corporis, à capitis vertice ad caudam uſque, 7 eſt pollicum; caudæ 12 ½ pollicum. Ungues habet longos, incurvos, & acutos, exceptis unguibus pollicum poſteriorum pedum latis, planis, & rotundatis. Pilis longis, ſerici inſtar molliſſimis, ex cinereo albis, argenteis, in toto corpore veſtitur: cauda verò tegitur pilis coloris caſtanei ſplendentis, ad nigredinem accedentis. Facies & auriculæ tinctæ ſunt rubore ità ſplendente, ut naturalis non videatur. Habitat in *Braſiliâ*. Ex muſeo *Realmuriano*.

La longueur de ſon corps, depuis le ſommet de la tête juſqu'à la queue, eſt de 7 pouces; celle de ſa queue de 12 ½ pouces. Ses ongles ſont longs, crochus, & aigus, exceptés ceux des pouces des pieds de derriere, qui ſont larges, plats & arrondis. Tout ſon corps eſt couvert de poils longs, doux comme de la ſoye, d'un gris blanc argenté: ceux qui couvrent ſa queue, ſont d'un marron luſtré, approchant du noir. Toute ſa face & ſes oreilles ſont teintes d'un rouge ſi vif & ſi éclatant, qu'on a peine à croire qu'il ſoit naturel. On le trouve dans le *Bréſil*, d'où il a été apporté à M. *de Reaumur*.

## 13. Le Singe a queue de Rat.

Cercopithecus in dorſo ſpadiceus, in ventre glaber, caudâ murinâ.

Cercopithecus Americanus minor, *Monkje* dictus. *Seb. Vol. I. p.* 52. *Fig. T.* 33. *F.* 1. (*Fig. bona*).
Cebus Caput mortuum vulgò. *Klein. Quadr. p.* 88.

Minima eſt hæc ſpecies. Naſum habet ſimum; oculos profundè intrà orbitas ſitos; caput antrorsùm rotundum, atro ſpadiceis pilis, ad

Cette eſpece eſt très petite. Elle a le nez très court; les yeux profondément enfoncés dans leurs orbites; la tête ronde en devant, & couverte, juſqu'à

Cc

la racine du nez, de poils d'un noir qui tire ſur le rouge, un peu plus allongée en arriere, & couverte de poils noirâtres. Sa face eſt blanchâtre; le bout de ſon nez, & le tour de ſa bouche ſont noirs: beaucoup de rides contribuent à l'enlaidir. Ses oreilles ſont dénuées de poils, aſſez grandes, & ſemblables à celles de l'*homme*: ſes ongles ſont courts & applatis: ſa queue eſt longue, aſſez groſſe, & reſſemble à celle d'un *Rat*. Les poils qui couvrent le dos, ſont d'un rouge moins foncé que celui de la tête. Depuis le menton juſqu'au ventre, & à la partie intérieure des cuiſſes, la peau eſt entierement chauve: la partie extérieure des cuiſſes, les pieds, & les reins ſont couverts de très peu de poils, d'un jaune clair. On le trouve en *Amérique*.

naſi uſque radicem, hiſpidum, retrorsùm verò magis elongatum, pilis nigricantibus obſitum. Facies albicat, exceptis naſi extremitate & oris ambitu, ubi nigreſcit: rugæ plurimæ illam deformem faciunt. Auriculæ ſunt glabræ, majuſculæ, auriculis *humanis* ſimiles; ungues breves & plani; cauda longa, craſſiuſcula, caudæ *Murinæ* æmula. Pili dorſum tegentes dilutiùs ſunt ſpadicei, quam qui caput veſtiunt. A mento, per ventrem uſquè, perque internam femorum faciem, calva prorsùs eſt & nuda cutis: lumbos verò, externam femorum partem, & pedes rari obſident pili dilutè flaveſcentes. Habitat in *Americâ*.

## ** 14. Le Sagouin.

Cercopithecus tæniis tranſverſis alternatim fuſcis & è cinereo albis variegatus, auriculis pilis albis circumdatis.

Cercopithecus Sagouin Cluſii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 160.
*Jonſt. Quadr. p.* 100. *Fig. T.* 74. [ *Fig. bona* ].
*Euſ. Nieremb. p.* 179. *Fig. p.* 177. ( *Fig. bona* ).
Cercopithecus Braſilianus tertius. Sagouin. *Cluſ. Exot. Fig. p.* 372. ( *Fig. bona* ).
Simia caudata imberbis, unguibus pollicum ſubrotundis. *Linn. ſyſt. nat. ed.* 6. *g.* 2. *ſp.* 8.
Cebus *Sagouin* dictus. *Klein. Quadr. p.* 87. *Fig. T.* 3. ( *Fig. bona* ).
Galeopithecus, Sagoin à Braſilienſibus nominatus. *Geſn. Icon. Quadr. Fig. p.* 96. ( *Fig. mala* ).
Sagouin. *Euſ. Nieremb. p.* 179, *Fig. p.* 177, ( *Fig. mala* ).
*Jo. de Laet. p.* 553.

Cagui minor. *Raj. Syn. Quadr. p.* 154.
*Marcgr. Hiſt. Br. Fig. p.* 227. [ *Fig. ſat bona* ].
Caitaia. *Jonſt. Quadr. Fig. p.* 60. (*Fig. ut ſuprà*).

Corporis longitudo, à capitis vertice ad caudam uſque, 7 ½ pollicum; caudæ 11 pollicum. Auriculas habet ſubrotundas, longis pilis albis circumdatas; ungues omnes longos, incurvos, & acutos, exceptis unguibus pollicum poſteriorum pedum brevioribus & rotundatis. Pili totum corpus tegentes, tenuiſſimi ſunt & molliſſimi: qui partem corporis ſuperiorem cooperiunt, ſunt in exortu fuſci, deinde rufi, & tandem ex fuſco & è cinereo albo variegati, itàque diſpoſiti, ut dorſum tæniis tranſverſis alternatim fuſcis & è cinereo albis variegatum appareat: qui verò partem corporis inferiorem obtegunt, ſunt tantùm ex fuſco & cinereo albo variegati: guttur & caput pilis fuſcis veſtiuntur. Suprà naſum, inter oculos, macula ineſt alba. Cauda annulis alternatim ex fuſco nigricantibus & è cinereo albis cingitur. Habitat in *Braſiliâ*.

La longueur de ſon corps, depuis le ſommet de la tête juſqu'à la queue, eſt de 7 ½ pouces; celle de ſa queue de 11 pouces. Ses oreilles ſont rondes, & entourées de longs poils blancs: tous ſes ongles ſont longs, crochus, & aigus, exceptés ceux des pouces des pieds de derriere, qui ſont courts & arrondis. Tous ſes poils ſont très fins, & très doux au toucher: ceux du deſſus du corps ſont bruns à leur origine, enſuite roux, & enfin variés de brun & de gris blanc, de ſorte que le dos paroît rayé tranſverſalement de ces deux dernieres couleurs: ceux du deſſous du corps, & des jambes ſont de même variés de brun & de gris blanc: la tête & la gorge ſont brunes. Audeſſus du nez, entre les deux yeux, eſt une tache blanche. La queue eſt annelée de brun noirâtre & de gris blanc. On le trouve au *Bréſil*.

## 15. LE SINGE A QUEUE DE LION.

Cercopithecus ex flavo fuſcus, caudâ in floccum deſinente.

Cercopithecus non barbatus primus Cluſii. *Raj. Syn. Quadr. p.* 160.
*Cluſ. Exot. p.* 371.

Simia caudata imberbis fuſco flava, pectore gulâque albis, caudâ floccoſâ. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 2. ſp. 9.*
Cebus imberbis primus Cluſii. *Klein. Quadr. p. 89.*

Tout ſon corps eſt couvert de poils d'une longueur médiocre, d'un jaune brun partout le corps, excepté à la gorge, & à la poitrine, où ils ſont blancs. Sa queue eſt preſque nuë dans toute ſa longueur, excepté ſon extrêmité, qui ſe termine par un bouquet de longs poils.

Per univerſum corpus veſtitur pilis mediocris longitudinis, ex flavo fuſcis in toto corpore, exceptis gutture & pectore, in quibus albicant. Cauda non eſt valdé hirſuta, ſed levis quodammodo; extremitas autem ejus in longiorum pilorum floccum deſinit.

## 16. Le Singe-Lion.

Cercopithecus collo pectoreque jubatis.

Cercopithecus non barbatus ſecundus Cluſii. *Raj. Syn. Quadr. p. 160.* *Cluſ. Exot. p. 371.*
Simia caudata imberbis, colló pectoreque jubatis. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g. 2. ſp. 11.*
Cebus imberbis ſecundus Cluſii. *Klein. Quadr. p. 89.*

Cette eſpece eſt aiſée à diſtinguer des autres par les poils longs, & blanchâtres, qui couvrent ſon col & ſa poitrine, & qui luy font une criniere ſemblable à celle du *Lion*: c'eſt pourquoi je luy en ai donné le nom. Son muſeau eſt tout à fait brun; & ſa tête eſt couverte de poils blanchâtres.

Facilè ab aliis diſtinguitur hæc ſpecies longis pilis caneſcentibus, collum & pectus tegentibus, jubæ *Leoninæ* inſtar: undè nomen. Roſtrum habet prorsùs fuſcum; caputque caneſcentibus pilis tectum.

## ** 17. Le Singe verd.

Cercopithecus ex cinereo flaveſcens, genis longis pilis albis obſitis.

La longueur de ſon corps, depuis le ſommet de la tête juſ-

Corporis longitudo, à capitis vertice ad caudam uſ-

que; 15 eſt pollicum; caudæ 14 pollicum. Auriculas habet parvas & rotundas; ungues breves & rotundatos; genas longis pilis albis obſitas. Pars ſuperior capitis & dorſi pilis ex cinereo & flaveſcente variegatis; cauda, latera, & crurum pars exterior pilis cinereis; interior verò crurum, ſicut & tota corporis pars infima, pilis albis veſtiuntur. Ex muſeo *Realmuriano.*

qu'à la queue, eſt de 15 pouces; & celle de ſa queue de 14 pouces. Il a les oreilles petites & rondes; les ongles courts & arrondis; ſes joües ſont couvertes de longs poils blancs: ceux qui couvrent le deſſus de la tête & du dos, ſont mêlez de gris & de jaunâtre: la queue, les côtés, & l'extérieur des jambes ſont gris; & l'intérieur eſt blanc, ainſi que toute la partie inférieure du corps. Il eſt dans le Cabinet de M. *de Reaumur.*

## ** 18. LE GRAND SINGE DE LA COCHINCHINE.

Cercopithecus cinereus, genis longis pilis ex albo flavicantibus obſitis, torque ex caſtaneo purpuraſcente.

Corporis longitudo, à capitis vertice ad caudam uſque, 2 circiter pedum eſt; caudæ unius pedis cum 9 pollicibus. Auriculas habet auriculis *humanis* ſimiles; ungues longos & obtuſos, exceptis pollicum unguibus brevioribus & rotundatis. Torque donatur ex caſtaneo purpuraſcente: facies, poſtica crura, & pedes poſteriores ejuſdem ſunt coloris. Genæ longis pilis ex albo flavicantibus, barbæque æmulis, obſitæ ſunt. Capitis pars ſuperior, corpus, & femora anteriora ſunt cinerea: frons, ſcapularum ſuperior pars, femora poſteriora, & pedes antici nigri: cauda &

La longueur de ſon corps, depuis le ſommet de la tête juſqu'à l'origine de la queue, eſt d'environ 2 pieds; celle de ſa queue eſt d'un pied 9 pouces. Ses oreilles reſſemblent à celles de l'*homme*: ſes ongles ſont longs & obtus, exceptés ceux des pouces, qui ſont courts & arrondis. Il a un collier d'une couleur de marron pourpré: ſa face, ſes jambes, & ſes pieds de derriere ſont de la même couleur. Ses joües ſont garnies de longs poils d'un blanc jaunâtre, qui luy ſont comme une eſpece de barbe. Le deſſus de la tête, le corps, & les cuiſſes de devant ſont griſes: le front, le deſſus des épaules, les cuiſſes de derriere, & les

pieds de devant ſont noirs: la queue & les jambes de devant ſont blanches : à la partie poſtérieure du dos, au deſſus de l'origine de la queue, eſt une tache de la même couleur. On le trouve à la *Cochinchine*, d'où il a été envoyé à M. *de Reaumur*.

crura anteriora alba : inſuper ad poſticam dorſi partem, ſuprà caudæ exortum, macula eſt ejuſdem coloris. Habitat in *Cochinchinâ*. Ex muſeo *Realmuriano*.

## 19. Le Singe de Guinée a barbe jaunastre.

Cercopithecus nigricans, genis & auriculis longis pilis ex albo flavicantibus obſitis, ore cœruleſcente.

Cercopithecus barbatus alius Guineenſis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 156. *Jonſt. Quadr. p.* 99. *Marcgr. Hiſt. Br. p.* 228.

Simia caudata, genubus auribuſque barbatis. *Linn. ſyſt. nat. ed. 6. g.* 2. *ſp.* 12.

Cebus barbatus alius Guineenſis. *Klein. Quadr. p.* 89.

La couleur de ſes poils, dans la plus grande partie de ſon corps, eſt noirâtre, mêlée d'une couleur d'ombre : ſon ventre eſt d'un gris bleuâtre : ſa queue, depuis la moitié de ſa longueur juſqu'à ſon extrêmité, eſt d'un roux jaunâtre; ſon muſeau bleuâtre. Ses joües & ſes oreilles ſont couvertes d'une grande quantité de longs poils, d'un blanc jaunâtre, qui luy font une eſpece de barbe. Ses jambes & ſes pieds ſont noirs. On le trouve en *Guinée* & au *Bréſil*.

Pilorum color, in maximâ parte corporis, eſt nigricans, cui umbra admixta; in ventre autem è cinereo ſubcœruleſcens : cauda, à medietate ad extremitatem uſquè, ex rufo flavicans : os cœruleſcit. In genâ utrâque, uti & ad utramque auriculam, magnam copiam habet pilorum longiorum ex albo flavicantium, magnæ barbæ inſtar. Pedes & crura nigreſcunt. Habitat in *Guineâ* & *Braſiliâ*.

## 20. Le Singe rouge de Cayenne.

Cercopithecus barbatus ſaturatè ſpadiceus.

Cercopithecus barbatus maximus, ferrugineus, ſtertoroſus. *Barr. Hiſt. Fr. eq. p.* 150.

*Les François de la Guiane l'appellent* SINGE-ROUGE. *Barr.*
*Les Guianois*, ALAOÜATA. *Barr.*

Maximus eſt, & coloris ſaturatè ſpadicei. Hyoïdis ſtructuræ ſingularis ope clamorem maximum edit. Habitat in *Guianiâ*.

Il eſt fort gros. Sa couleur eſt d'un rouge-bay foncé. Il fait en criant un bruit effroyable par le moyen de l'os hyoïde, qui eſt d'une ſtructure ſinguliere. On le trouve dans la *Guiane*.

### 21. LE SINGE BLANC A BARBE NOIRE.

Cercopithecus barbatus albus, barbâ nigrâ.

Simia alba, ſeu incanis pilis, barba nigra promiſſa. *Raj. Syn. Quadr. p.* 158.
Cebus Elaurandus Zeylanenſium. *Klein. Quadr. p.* 89.
*Les Zeyloniens l'appellent* ELEWANDUM. *Raj.*

Pilis veſtitur albis, barbaque nigra promiſſa gaudet. Habitat in *Inſulâ Zeylonenſi*.

Il eſt tout blanc, excepté ſa barbe, qui eſt noire & longue. On le trouve dans l'*Iſle de Zeyla*.

### 22. LE SINGE NOIR A BARBE BLANCHE.

Cercopithecus barbatus niger, barbâ incanâ.

Cercopithecus niger barbâ incanâ promiſsâ. *Raj. Syn. Quadr. p.* 158.
*Klein. Quadr. p.* 89.
*Les Zeyloniens l'appellent* WANDURU. *Raj. Klein.*

Pilis veſtitur nigris, barbâque incanâ promiſſâ datur. Habitat in *Inſulâ Zeylonenſi*.

Il eſt tout noir, excepté ſa barbe, qui eſt blanche & longue. On le trouve dans l'*Iſle de Zeyla*.

### 23. LE SINGE DE GUINÉE A BARBE BLANCHE.

Cercopithecus barbatus fuſcus, punctis albis inſperſis, barbâ albâ.

Cercopithecus barbatus Guineenſis. *Raj. Syn. Quadr. p.* 156.
*Jonſt. Quadr. p.* 99. *Fig. T.* 60.
*Marcgr. Hiſt. Br. p.* 227. *Fig. p.* 228.

Cebus barbatus. Exquima Guineenſis. *Klein. Quadr. p.* 89.
*Les Congois l'appellent* EXQUIMA. *Raj. Jonſt. Marcgr.*

